Notandum eciam, quod in equacione trium signorum semper medium debet elongari equaliter ab extremis; quod si sic non fuerit, non intrat apporismata (!) algabre. Vnde ex hoc patet, quod ʒʒ, ʒ et ø, illa signa, possunt simul poni in equacione, quia ʒ, quod est medium signum, equaliter elongatur ab extremis, scilicet a ø et ʒʒ; quia ʒ est tercium a numero ambo signa includendo, similiter ʒ est tercium signum a ʒʒ eciam ambo signa includendo. Sed vnum est hic notandum. Quando regula est complata (!) secundum reductionem ad aliquam trium regularum cum tribus signis, scilicet ad quartam, quintam aut sextam, in signis salientibus, ut quando in equacione ponantur hec tria signa ø, ʒ, ʒʒ, tunc in fine extrahenda est radix quadrata, in alijs autem signis non salientibus, sed sibi inmediate successiuis, radix non extrahitur, sed simpliciter secundum regulam fiat operacio, nisi ponendo signa in locis debitis diligenter est inspiciendum.

Quando ce assimilatur ø, tunc ø per ce diuidatur, radix cubica residui est valor rei.

Quando ʒʒ assimilatur ø, tunc ø per ʒʒ diuidatur, radix quadrata radicis quadrati (!) residui est valor rei.

Quando duo signa sibi invicem proxima adequantur sibi invicem, tunc diuidatur signum minus [per] signum maius, et patebit valor rei.

Quando duo signa sibi invicem adequantur, inter que vnum signum mediat iuxta seriem signorum, diuidatur minus per maius, radix quadrata quocientis est valor rei.

Quando duo signa sibi invicem adequantur, inter que mediant duo signa iuxta seriem signorum, tunc minus per maius committatur, radix cubica quocientis est valor rei.

Quando duo signa sibi invicem adequantur, inter que mediant tria signa iuxta seriem signorum, tunc minus per maius committatur, radix quadrata radicis quadrati (!) quocientis est valor rei.

Quando tria signa sibi invicem adequantur, hoc [est], quando tria signa in equacione ponuntur, tunc singula per maximum trium signorum diuidantur, medium signum post hoc medietur, et medietas in se ducatur. Hoc autem [fit] tribus modis: aut enim primum signum in equacione equatur duobus posterioribus, aut enim medium equatur duobus extremis, aut vltimum positum in equacione equatur duobus precedentibus. Si enim primum trium in equacione predictorum equatur duobus posterioribus, tunc iuxta quartam est procedendum; propter maiorem autem distinctionem fiant tria apporismata (!) separatim posita.

| Primum. Quando signum primum equatur duobus posterioribus. Aut enim illa signa sibi invicem succedunt inmediate aut mediate. Si inmediate fiat diuisio singulorum per maius signum, medium medietur, medietas in se ducatur, productum primo addatur, radix quadrata tocius aggregati ostendit valorem rei (!). Sed si hec tria signa saltus fecerint, tunc in fine peruenitur ad ʒ, cuius radix ultra est valor rei. Bl. 3

Secundum. Quando [medium] signum iuxta signorum seriem equatur duobus extremis positis cum eo in equacione. Aut enim distat ab extremis sine intermedio aut cum intermedio. Si enim sine intermedio committantur singula per maius, medietur medium, medietas in se ducatur, a

---

1) Das, was in eckige Klammern eingeschlossen ist, ist von einer andern Hand ergänzt.

producto primum subtrahatur in equacione positum, radix residui ostendit valorem rei (!). Si cum intermedio in fine venit valor ʒ, cuius radix est valor rei.

Tercium. Quando postremum signum assimilatur duobus precedentibus. Aut enim hec tria signa sunt sibi invicem inmediate successiua aut non inmediate. Si inmediate diuidantur singula per postremum siue maius, medium medietur, medietas in se ducatur, productum numero addatur, radix quadrata aggregati ostendit valorem rei (!). Si enim hec tria signa habent intermedia, tunc in fine peruenitur ad valorem census, cuius radix est valor rei.[1])

Nota regulas.

1) ʒʒ equatur 3 𝔠𝔢. 𝔯 est 3. Item que hic est posita 19na, alibi inveni 15ta,
2) 1ʒʒ equatur 16ʒ. 𝔯 est 4. non est vna de 24 regulis. Nam si superadditur,
3) 1ʒʒ equatur 8 𝔯. 𝔯 est 2. fiunt 25 regule, et in plurimis locis hec non ponitur.
4) 1ʒʒ equatur 8(1) ø. 𝔯 est 3.

---

1) Die Übereinstimmung, welche die letzten sieben Regeln mit den Grammateus'schen zeigen, veranlaſst mich zu der Annahme, daſs Grammateus von unserem Codex Kenntnis gehabt hat. Da das „Rechenbüchlin" des Grammateus äuſserst selten ist, so erlaube ich mir, hier die betreffenden Regeln mitzuteilen.

Die erste Regel.

In allen Proportion gehenden ordentlich nach einander | also daſs sich zween namen mit einander vergleichen | so soll des ersten namen zal durch des andern namen zal diuidirt werden | vnnd der quotient sagt der frag berichtung (Bl. 59).

Die ander Regel.

Weiter so in proportionirten zalen [ sich zween namen zusammen vergleichen | welche nicht stehen nach einander | sonder es ist ein quantitet darzwischen | so soll die erst durch die ander getheylt werden vnd radix quadrata des quotienten saget die frag einer Pri (Bl. 59').

Die dritt Regel.

Wann in proportionirten zalen oder quantitet | zwo mittel werden auſsgeschlossen | vnnd die eussern zwo vergleichen sich mit einander | so soll die förder zal durch die hinter geteilt werden | vnd des quotienten radix cubica | bericht die frag (Bl. 60).

Die viert Regel.

So dann aber werden gesetzt etliche proportionirte quantitet | vnd wirt keine auſsgeworffen | sonder alle mal zwo zal zusammen werden vergleichet der nechsten vor jr | So soll die erst zal durch die dritt getheilt werden | vnd der quotient sey a. Auch soll die ander zal durch die dritt getheilt werden | vnnd der quotient sei b | halbir b | vnnd das halb theyl multiplicir in sich | den product addir zum a | vnnd auſs der summa such radicem quadratam | von welcher subtrahir das halbe theyl | vnnd was da bleibet | ist die recht zal einer Pri (Bl. 60').

Die fünfft Regel.

So aber in proportionirten ordnung werden gesetzt nach einander die quantitet | vnnd die eussern zwo geaddirt sich vergleichen mit der mittel | so sollen die ersten zwo quantitet | ein jegliche besonder | durch die dritte getheilt werden | vnnd der quotient | welcher ist kommen auſs der teilung der ersten zal durch die dritte sei a | also auch was entspringt auſs der theylung der mittel zal | durch die dritt | sei b | multiplicire das halb theyl b in sich | vnd von dem product subtrahir a. vnnd des vbrigen radix quadrata soll addirt werden zum halben theyl b. so kompt valor I. Pri. Auch begibt es sich | daſs solchs vnder zeiten wirt subtrahirt vom halben theyl b (Bl. 61).

Die sechst Regel.

Wann in einer proportionirten zal | nach einander drey quantitet werden gesetzt | also | daſs die ersten zwo zusamen geaddirt | sich vergleichen mit der dritten | so soll die erste getheylt werden durch die dritt vnnd der quotient sey a. Also soll auch getheylet werden der ander namen durch den dritten | vnd der quotient b. soll auch geschriben werden. Darnach multiplicire das halbe theyl b. in sich | vnnd zu dem product addir a | suche auſs der summ radicem quadratam | vnd dieselbig addire zum halben theyl b. so kompt der N. einer I. a (Bl. 62).

Die siebend Regel.

So aber werden gesetzt etlich quantitet in der proportion nach einander | also das zwischen zweyen quantitet | die sich vergleichen mit einander | sein 3 quantitet | so theyle die quantitet vor den dreien durch die andere nach den dreien quantitet | vnd auſs dem quotient such radicem quadratam | vnd derselbigen Ia. qua. such aber radicem quadratam | so kompt genugthuung der frag (Bl. 62').

5) 1 ce equatur 6ȝ. ꝛ est 6.
6) 1 ce equatur 2(5) ꝛ. ꝛ est 5.
7) 1 ce equatur 64 ø. ꝛ est 4.
8) 1 ce + 2ȝ equantur 15 ꝛ. ꝛ est 3.
9) 1 ce assimilatur vel equatur 3ȝ + 4 ꝛ. ꝛ est 4.
10) 1 ce + (5) ꝛ equantur 6ȝ. ꝛ est 5.
11) ȝȝ + (3) ce equantur 10ȝ. ꝛ est 2.
12) ȝȝ equatur 5 ce + 6ȝ. ꝛ est 6.
13) ȝȝ + 3ȝ equantur 4 ce. ꝛ est 3.
14) 2ȝ equantur . de 16ȝ. ȝ est 4, ꝛ 2.[1])
15) 1ȝ equatur . de 8 ꝛ. ꝛ est 2.
16) 1ȝȝ + 3ȝ equantur 108 ø. ꝛ est 3. }
17) 1ȝȝ + 16 ø equantur 17ȝ. ꝛ est 4. } Tres ultime regule.
18) 1ȝȝ equatur 8ȝ + 9 ø. ꝛ est 3. }
19) .. 12ȝ (!) equatur 1ȝ + 3 ø. ꝛ (!) est 3.

Hanc regulam inveni in ordine $15^{tam}$, et que hic $15^{ta}$ posita est, secundum hunc modum est $16^{ta}$ et sic de alijs ceteris paribus, sic quod illa, que ponitur $18^{ua}$, fit $19^{na}$.

Quarta decima regula. Quand(o) 2ȝ equantur .. de 16ȝ (!), multiplica .. de 16ȝ (!) in se, et proueniunt 16ȝȝ (!), et multiplica 2ȝ in se, et proueniunt 4ȝȝ, qui equantur 16ȝ, et quia hoc tantum valet, ac si 4ȝ 16 ø assimilarentur, quare diuide 16 per 4, et exibit valor ȝ, cuius radix 2 valor est rei.

| Decima quinta. Vnus ȝ equatur .. de 8 ꝛ (!). Multiplica 1ȝ in se, et facit 1ȝȝ, et multiplica .. de 8 ꝛ (!) in se, et proueniunt 8 ꝛ equales 1ȝȝ, et tantum valet vnum, quantum reliquum. ꝛ est 2. Bl. 3

Est eciam aliud capitulum, quod in alio loco $15^{tum}$ invenitur et est tale. Radix de 12ȝ equatur vno(!) ȝ et 3 ø. Multiplica . de 12(ȝ) in se, et fiunt 12ȝ. Similiter multiplica 1ȝ et tres ø in se, veniet vnus ȝȝ + 6ȝ et 9 ø equales 12ȝ. Subtrahe ergo pro utraque parte 6ȝ, et manebit vnus ȝȝ + 9 ø equales 6ȝ. Media ergo 6ȝ, et manet 3, que duc in se, et veniet 9, a quo subtrahe 9, id est ø, et manet 0, cuius radix similiter est 0, quam adde cum medietate ȝ, et manet 3 ut prius. Si idem de medietate ȝ minuisses, similiter 3, valor ꝛ (!), mansisset.

Item in omnibus capitulis regularum algabre tam capitalibus quam non capitalibus perueniës in fine ad cossam iuxta tenorem regularum, demptis ultimis tribus regulis, in quibus (comparantur) ȝȝ, ȝ + ø. Quocunque modo variato vnum ... alia duo in fine ad ȝ te producunt, cuius si velis habere ꝛ, oportet, ut extrahas radicem.

Item ꝛ pro diuersis quantitatibus numquam stare debet nec potest, sed semper in vno exemplo vnam quantitatem, uidelicet ignotam, representabit, in alio autem aliam quantitatem iterum significabit.

Incipiunt 24 regule algabre et primo de 6 principalibus.

Que sex habet capitula, in qua (!) vtimur hijs tribus nominibus: numerus (!), cossa et census (!). Numerus pro se solo accipitur. Cossa radix numeri dicitur. Census autem numerus dicitur quadratus.

In primo capitulo vel apporismate (!) ø assimilatur ꝛ. Tunc numerus debet per ꝛ committi, et quociens ostendit valorem rei.

In secundo capitulo ø assimilatur ȝ. Tunc ø debet per ȝ committi, radix quocientis est valor rei.

In tercio ꝛ assimilatur ȝ. ꝛ per ȝ debet committi, et quociens ostendit valorem rei.

In quarto ø assimilatur ꝛ et ȝ. Tunc ꝛ et ø debent per ȝ committi, similiter et ꝛ mediari, medietas in se duci, productum ø addi, radix aggregati — medietate ꝛ est valor rei.

---

1) ., .., ... und .... sind die Zeichen für die zweite, vierte, dritte und neunte Wurzel. Denn es heifst Bl. 292': In extraccione radicis quadrati (!) alicuius numeri preponatur numero vnus punctus (!). In extraccione radicis quadrati (!) radicis quadrati (!) prepone numero duo puncta. In extraccione cubici (!) radicis alicuius numeri prepone nnmero tria puncta. In extraccione cubici (!) radicis alicuius (numeri) radicis cubici (!) prepone (numero) 4 puncta.

In quinto φ assimilatur ø et ʒ. Tunc vnumquotque per ʒ est committendum, φ est medianda, medietas in se ducenda, a producto ø est subtrahendus, radix residui debet de medietate φ° tolli, residuum est valor rei. Quod si ø subtrahi non potest, addere licet eundem (!).

In sexto ʒ assimilatur ø et φ. Tunc vnumquotque per ʒ committatur, φ medietur, medietas in se ducatur, productum ø addatur, radix residui plus medietate φ est valor rei.[1])

Sequuntur alia 18 apporismata (!).

Septimum. Quando ce assimilatur ʒ, tunc ʒ per ce diuidatur, et quociens ostendit valorem rei.

Octauum. Quando ce assimilatur φ, φ per ce diuidatur, quocientis radix quadrata est valor rei.

Nonum. Quando ce assimilatur ø, tunc ø per ce committatur, radix cubica quocientis est valor rei.

Decimum. Quando φ assimilatur ʒ et ce, tunc vnumquotque per ce diuidatur, ʒ medietur, medietas in se ducatur, productum φ addatur, radix aggregati minus medietate ʒ est valor rei.

Vndecimum. Quando ʒ assimilatur φ et ce, tunc vnumquotque per ce committatur, ʒ medietur, medietas in se ducatur, a producto φ subtrahatur, radix residui de medietate ʒ dematur, et patebit valor rei. Si φ subtrahi non possit, addere licet eandem (!).

Duodecimum. Quando ce assimilatur φ et ʒ, singula per ce committantur, ʒ medietur, medietas in se ducatur, productum φ addatur, radix aggregati plus medietate (ʒ) est valor rei.

Tredecimum. Quando ʒʒ assimilatur ce, tunc ce per ʒʒ committatur, et quociens ostendit valorem rei.

Decimum quartum. Quando ʒʒ assimilatur ʒ, tunc ʒ per ʒʒ committatur, radix quadrata quocientis est valor rei.

Decimum quintum. Quando ʒʒ assimilatur φ, tunc φ per ʒʒ committatur, radix cubica quocientis est valor rei.

Decimum sextum. Quando ʒ assimilatur ce + ʒʒ, tunc vnumquotque per ʒʒ committatur, ce medietur, medietas in se ducatur, productum ʒ addatur, radix quadrata aggregati — medietate ce est valor rei.

351'. | Decimum septimum. Quando ce assimilatur ʒ et ʒʒ, tunc vnumquotque per ʒʒ committatur, ce medietur, medietas in se ducatur, a producto ʒ subtrahatur, radix quadrata residui de medietate ce dematur, et remanebit valor rei. Quod si ʒ subtrahi non potest, addere licet eundem (!).

Decimum octauum. Quando ʒʒ assimilatur ce et ʒ, singula per ʒʒ committantur, ce medietur, medietas in se ducatur, productum ʒ addatur, radix quadrata aggregati plus medietate ce est valor rei.

Decimum nonum. Quando ʒ assimilatur radici de φ, tunc ʒ in se ducatur, et a radice de φ punctus (!) deleatur, et equantur iterum inter se.

Vigesimum. Quando ʒ assimilatur radici de ʒ, tunc ʒ in se ducatur, et a radice de ʒ punctus (!) deleatur, et aduc equantur.

Vicesimum primum. Quando ʒʒ assimilatur ø, tunc ø per ʒʒ committatur, radix quadrata radicis quadrati (!) quocientis est valor rei.

---

1) Die 6 capitula principalia sind unzweifelhaft aus dem Hauptwerk des Mohammed ben Musa Alkharizmi entlehnt. Ein interessantes Zeugnis hierfür finde ich in einem Manuskript, welches die K. Bibliothek zu Dresden unter C 80m aufbewahrt. Der Titel desselben ist: Incipit liber restauracionis numeri quem edidit machumed filius moysi algauriszmi. Über die Auflösung der Gleichungen giebt dieses Manuskript sechs Vorschriften. Dieselben lauten:

1. Quando . ø . assimilatur . φ . Committatur . ø . per · φ . et productum ostendit quesitum (Bl. 44).
2. Quando . ø . assimilatur ʒ. committatur ø per . ʒ. et radix producti ostendit quesitum (Bl. 49').
3. Qua(n)do . φ . assimilatur . ʒ. committatur φ per ʒ. et productum ostendet quesitum (Bl. 51).
4. Quando . ø assimilatur . φ et ʒ. ø et φ debent per . ʒ. committi . φ . mediari . medietas in se duci · productum ø addi. Radix tocius aggregati minus medietate φ . ostendit quod queritur (Bl. 52').
5. Quando . φ . assimilatur ø et ʒ. ø et φ . debent per . ʒ. committi . φ mediari . medium (!) in se duci . a producto ø subtrahi. Radix residui a medietate φ . tolli. Et huius (!) residuum ostendit quesitum: — Quod si ø subtrahi non potest addere licet eundem (!) (Bl. 55').
6. Quando ʒ. assimilatur ø et φ. Hec debent per ʒ. committi . φ mediari . medietas in se duci . productum ø addi. Radix aggregati . plus medietate φ . ostendit quod queritur (Bl. 57).

Die beregte Handschrift stammt vermutlich aus dem 15. Jahrhundert.

Vicesimum secundum. Quando ø assimilatur ʒ et ʒʒ, singula per ʒʒ diuidantur, ʒ medietur, medietas in se ducatur, productum ø addatur, radix quadrata residui — medietate ʒ est valor ʒ, cuius radix quadrata est valor rei.

Vicesimum tercium. Quando ʒ assimilatur ø et ʒʒ, singula per ʒʒ committantur, ʒ medietur, medietas in se ducatur, a producto ø subtrahatur, radix quadrata residui de medietate ʒ dematur, et manebit valor census, cuius radix quadrata est valor rei.

Vicesimum quartum. Quando ʒʒ assimilatur ø et ʒ, singula per ʒʒ committantur, ʒ medietur, medietas in se ducatur, et productum ø addatur, radix aggregati quadrati est valor ʒ (!), cuius radix quadrata est valor rei.[1])

Compendium de ʒ et re.

1. Quando res sunt equales ø, oportet diuidere per res, et tantum valet res. Verbi gracia: 20 res sunt equales huic ø 45. Si ergo vis scire, quantum valet vna res, diuide 45 per 20 et exit $2\frac{1}{4}$, et tantum valet res.

2. Quando ʒſa sunt equalia ø, oportet diuidere ø per ʒſa, et ꝶ numeri, qui exit, est valor φ. Verbi gracia: 3 censa et $\frac{1}{2}$ sunt equalia 14. Diuide 14 per $3\frac{1}{2}$, et exibit 4, cuius ꝶ, scilicet 2, est valor φ.

3. Quando ʒſa sunt equalia rebus, oportet diuidere res per ʒſa, et quod exit, est valor rei. Verbi gracia: 32 ʒſa et $\frac{1}{3}$ sunt equalia 64 rebus et $\frac{2}{3}$. Diuide ergo 64 et $\frac{2}{3}$ per $32\frac{1}{3}$, exibit 2, et tantum valet res.

4. Quando ʒſa et res sunt equalia ø, oportet diuidere (in) ʒſa, de(mum) φ mediare, multiplicare in se, et totum addere super ø, et ꝶ illius summe — dimidio (φ) est res. Verbi gracia: 2 ʒſa et $\frac{1}{2}$ et 10 φ sunt equalia 25. Accipe ergo vnum ʒ et 4 res, que sunt equalia 10. Diuide (!) ergo res, et habes 2, que in se multiplica, facit 4, que adde super 10, et sunt 14, cuius ꝶ — 2 valet res.

5. Quando res sunt equales ʒ et ø, oportet in ʒ diuidere, demum dimidiare φ, et in se ducere, et extrahere inde ø, et ꝶ residui addita subtracta cum φ dimidio erit eius valor. Verbi gracia: 25 φ equantur 3 ʒ et (30) ø. Reduc itaque ad ø ʒ, et habes, quod 8 res et $\frac{1}{3}$ equantur vni ʒ et 10 ø. Dimidia ergo φ, que est 8 et $\frac{1}{3}$, et habes $4\frac{1}{6}$, que in se ducte (!) faciunt 17 et $\frac{13}{36}$, subtrahe inde ø, qui est 10, et restant $2\frac{13}{36}$ (!), cuius radix + plus dimidio scilicet 4 est valor rei (!).

6. Quando ʒ sunt equalia rebus et ø, oportet diuidere (in) ʒ, et post dimidiare res, et dimidium multiplicare in se, et multiplicatum addere super ø, et radicem (!) tocius summe cum dimidio rei plus est valor φ. Verbi gracia: Duo ʒ sunt equalia 8 rebus et 25 ø. Reduc itaque ad ø ʒ, et habes, quod 1 ʒ equatur 4 rebus et 12 ø et $\frac{1}{2}$. Modo dimidia res, que sunt 4, et habes 2, que multiplica in se, et habes 4, pone super | ø, scilicet super 12 et $\frac{1}{2}$, et habes $16\frac{1}{2}$, cuius ꝶ cum dimidio rei plus erit valor rei. Bl. 352

7. Quando cubi sunt equales ø, oportet diuidere per ce ipsum ø, et ꝶ cubica illius ø erit valor rei. Verbi gracia: Sex ce equantur rebus (!) 13 et $\frac{1}{3}$. Diuide ergo hunc et cubos, et exit $2\frac{5}{24}$ (!), cuius ꝶ (cubica) est valor rei.

8. Quando ce equantur ʒ, oportet diuidere ʒ per ce, et quod exit, est valor rei. Verbi gracia: 2 ce equantur 8 ʒ. Diuide ergo 8 per 2, et exit 4, quod est valor rei.

9. Quando ce et ʒ sunt equalia rebus, oportet diuidere in ce, postea dimidiare ʒ, et multiplicare dimidium (in se), et ponere super φ, et ꝶ tocius summe (—) medietate ʒ$^{oy}$ erit valor rei. Verbi gracia: 3 ce et 8 ʒ sunt equales 10 rebus. Accipe vnum ce, qui est equalis duobus ʒ et $\frac{2}{3}$ et tribus rebus et $\frac{1}{3}$. Dimidia ergo ʒ, scilicet $2\frac{2}{3}$, et habebis $1\frac{1}{3}$, quod in se multiplicatum facit $1\frac{7}{9}$, pone super res, que sunt $3\frac{1}{3}$, et habes $5\frac{1}{9}$, cuius ꝶ — medietate ʒ est valor φ; dimidium ʒ erit $1\frac{1}{3}$.

10. Quando ce et res sunt equales ʒ, oportet diuidere in ce, et postea dimidiare ʒ, et resultans in se multiplicare, + a φ subtrahere, et ꝶ residui est valor rei (!). Verbi gracia: 6 ce et (1)8 res equantur 10 ʒ. Reduc ad 1 ce, et habes, quod vnus ce et 3 res equantur 1 ʒ et $\frac{2}{3}$. Dimidia ʒ, scilicet $1\frac{2}{3}$, et habebis $\frac{5}{6}$, que multiplica (in se), + sunt $\frac{25}{36}$, que subtrahantur a φ 3, et restat 2 et $\frac{11}{36}$, cuius ꝶ est valor rei (!).

---

1) Aus den 24 Regeln, von welchen noch zu Rudolff's Zeiten „grofs geschrey“ gemacht wurde, sind ohne Zweifel die erwähnten sieben Regeln abgeleitet. Bei den 24 Regeln konnte man aus der 1, 3, 7, 13, ebenso aus der 2, 8, 14, 20, dann aus der 9, 15, 19 je eine Regel bilden, und in gleicher Weise liefsen sich auch die Regeln Nr. 4, 10, 16, 22 und 5, 11, 17, 23 und 6, 12, 18, 24 in je eine zusammenziehen.

11. Quando ce equantur ʒ et φ, oportet diuidere in ce, et dimidiare ʒ, et in se multiplicare, et iungere super res, et ℞ summe cum dimidio ʒ$^{oy}$ erit valor rei. Verbi gracia: 2ce et $\frac{1}{2}$ equantur tribus ʒ et 6 rebus. Reduc ad 1ce, et habes, quod 1ce equatur 1ʒ et $\frac{1}{5}$ et 2 rebus + $\frac{2}{5}$. Dimidia ʒ, scilicet 1 et $\frac{1}{5}$, et (habes) $\frac{2}{5}$ (!), que in se multiplica, sunt $\frac{9}{25}$, ad(de) super φ, que erunt $2\frac{2}{5}$, et sunt $\frac{15}{25}$ (!), cuius ℞ cum dimidio ʒ$^{oy}$ plus est valor rei.

12. Quando ʒʒ$^{oy}$ equantur ø, oportet diuidere ø per ʒʒ$^{oy}$, + radix radicis ø exeuntis est valor rei. Verbi gracia: $3\frac{1}{2}$ʒʒ$^{oy}$ equantur 40. Diuide 40 per $3\frac{1}{2}$, et exit $11\frac{3}{7}$, cuius ø ℞ radicis est valor rei.

13. Quando ʒʒ$^{oy}$ equantur rebus, oportet diuidere res per ʒʒ$^{oy}$, et radix cubica ø egredientis est valor rei. Verbi gracia: $2\frac{1}{2}$ʒ alicuius ʒ equantur 10 rebus, que diuide per $2\frac{1}{2}$, et exit 4, cuius ℞ cubica valet res.

14. Quando ʒʒ$^{oy}$ equantur ʒ, oportet ʒ per ʒʒ diuidere, et ø egredientis radicis (!) est valor rei. Verbi gracia: 6ʒʒ equantur 20ʒ, que diuide per 6, exit $3\frac{1}{3}$, cuius ℞ est valor rei.

15. Quando ʒʒ equantur ce, oportet diuidere ce per ʒʒ$^{oy}$, et residuum valet res. Verbi gracia: $2\frac{1}{2}$ʒʒ$^{oy}$ sunt equalia 10ce, que diuide per $2\frac{1}{2}$, et (exit) 4, que est (!) valor rei.

16. Quando cubi equantur ʒʒ$^{oy}$ et ʒ, oportet diuidere per ʒʒ$^{oy}$, et dimidiare cubos, et in se multiplicare, et extrahere inde ʒ, et ℞ residui extracti de dimidio cuborum est valor rei (!). Verbi gracia: 6ce et 3ʒʒ$^{oy}$ equantur 2ʒ. Diuide ergo in ʒʒ$^{oy}$, et reduc ad 1ʒʒ, et habes, quod 2ce equantur 1ʒʒ et $\frac{2}{3}$ʒ. Nunc ergo dimidia ce, qui sunt 2, et habes vnum, quod in se multiplicatum facit iterum 1, a quo subtrahuntur $\frac{2}{3}$ʒ, et restat $\frac{1}{3}$, cuius ℞ cum dimidio cuborum valet res, scilicet 1 et plus ℞ tercij (!).

l. 352'. | Sequuntur casus aporismatum.

Casus. Diuide 10 in 2 partes inequales, quarum maior(e) per minorem diuisa, 5 in quociente proueniunt. Ecce manifesta (!) est, quod pars maior continet minorem quinquies. Fac sic. Pono, quod minor pars de decem sit 1φ, quare pars maior necess(ari)e erit 10ø — 1φ. Diuidendo 10—1φ per 1φ proueniet fractio talis $\frac{10ø - 1φ}{1φ}$. Sed quia ex ypothesi hec minucia valet 5, et denominator prescise quinquies continetur in suo numeratore, quare si denominatorem per 5 multiplicauero suo numeratori erit equalis. Multiplico 1φ per 5, et proueniunt 5φ equales 10 — 1φ. Defectum suppleo, utrique parti 1φ addo, et erunt ex vna parte 10ø ex (!) ex altera parte 6φ. Jam ergo productus sum in primam regulam algabre, vbi φ assimilatur ø, quare iuxta eam operando diuidam ø per φ, et proueniunt $\frac{5}{3}$, que est pars quesiti (!) minor, hanc subtraho a 10, et remanent $\frac{25}{3}$, pars altera siue maior. Habeo ergo partes quesitas, videlicet $\frac{5}{3}$ et $\frac{25}{3}$, quod fuit propositum.

Casus. Partiri 10 in 2, et vna pars (!) per reliquam diuisa, prouenient 6 in quociente, facit prima pars $\frac{10}{7}$, secunda pars $\frac{60}{7}$.

Casus. Partiri 10 in 2 (sic), et vna per reliquam diuisa, prouenient 10 in quociente, et facit pars prima $\frac{10}{11}$, secunda $\frac{100}{11}$.

Casus. Diuidatur 1 in duas partes, et vna per aliam diuisa, prouenient 1000 in quociente. Prima pars est $\frac{1000}{1001}$ (!), secunda $\frac{1000}{1001}$ (!).

Casus aliter procedens. Diuidatur 10 in 2, quorum differencia sit 2. Fac sic. Sit 1 pars 1φ, secunda pars 1φ + 2, iungentur 2φ + 2, que equantur 10. Equa, et utrobique deponentur 2, stabunt 2φ equales 8ø, quia si per communem animi conceptionem ab equalibus equalia auferuntur, remanencia sunt equalia. Diuide igitur ø per φ, facit 4, et hoc est 1φ. Pars prima habet vnam φ, igitur habet 4, secunda habet 1φ + 2, igitur 6.

Casus. Diuidantur 10 in 2, quorum differencia est $\frac{1}{5}$, facit $4\frac{9}{10}$ prima pars, sed secunda $5\frac{1}{10}$.

Casus aliter procedens. Diuidatur 10 in 2, et alterum per 5 multiplico, et producto per alterum diuiso, exeunt $\frac{10}{3}$. Fac sic. Sit prima pars 1φ, altera pars 10 — 1φ, multiplica alteram per 5, facit 50 — 5φ, et hoc per 1φ diuiso (!) facit $\frac{50 - 5φ}{1φ}$, et hoc equatur (ex) ypothesi $\frac{10}{3}$, igitur illud multiplica per denominatorem, facit $\frac{50 - 5φ}{10φ}$ (!). Nunc equa, erunt $\frac{25}{3}$ (φ) equales 50ø. Nunc est in regula. Diuide ø per φ, facit pars prima 6, secunda 4. Proba. Multiplica 4 per 5, facit 20, diuide per 6, fit $\frac{20}{6}$ delendo ciffram et 6 mediando (!).

Casus aliter procedens. Diuidantur 10 in 2, et altero per 4 diuiso et eo, quod prouenerit, per reliquum diuiso, proueniat $\frac{1}{3}$. Sit prima pars 1 φ, secunda 10 — 1 φ, diuide secundam per 4, facit [$\frac{10 - 1 φ}{4}$, hoc ultimo suppositum diuide per 1 φ, facit $\frac{\frac{10 - 1 φ}{4}}{1 φ}$ ... facit $\frac{1}{3}$, quam $\frac{1}{3}$ multiplica in denominatorem, facit $\frac{10 - 1 φ}{\frac{4}{3}(φ)}$. Equa etc, fa cit$\frac{1}{3}$ φ equales 10 ø, quia (si) equalibus equalia addantur, excrescentia equalia erunt. Diuidatur ergo ø per φ, facit prima pars $\frac{30}{7}$, secunda $\frac{40}{7}$. Probacio. Diuidendo $\frac{40}{7}$ per 4 facit $\frac{10}{7}$, hoc diuidatur per $\frac{30}{7}$, fit $\frac{1}{3}$].

| Casus aliter procedens. Diuidantur 10 in 2, quorum 1 diuiso per 4 et altero per 1, exeant coniunctim 4. Si(t) a vna φ, b 10 — 1 φ, diuide b per 4 et a per 1 et coniunge, facit $\frac{10 + 3 φ}{4}$, denominatorem multiplica per 4, fiunt 10 + 3 φ (!), + denominator equatur numeratori. Equa, ergo restant 3 φ equales 6 ø, diuide ø per φ, facit pars prima 2 et secunda pars 8. Bl. 3

Casus aliter procedens. Diuidantur 60 in 4 partes inequales, que sint b, c, d, e, sitque e minima, et differencia inter e et d sit 2, inter d + c 3 + inter c et b 4. Fac sic. Sit e 1 φ, d 1 φ + 2, c 1 φ + 5, b 1 φ + 9, coniunge, facit 4 φ et 16, et illa equantur 60. Equa. e 11, d 13, c 16, b 20.

Casus. Diuidantur 60 in 5 partes, que sint a, b, c, d, e, et differencia inter e + d sit 3, inter d et c 5, inter c et b 7, inter b + a 9, facit 2, 5, 10, 17, 26. Sit primus 1 φ, secundus 1 φ + 3, tercius 1 φ + 8, quartus 1 φ + 15, quintus 1 φ + 24, coniunge omnia in vnum, et fiunt 5 φ + 50 ø, que vale(n)t 60 ø. Equa, sic vna denominacio pro utraque parte stare non debet etc.

Casus aliter procedens. Datus numerus multiplicetur per $2\frac{1}{2}$, ut in quociente proueniant 19. Fac sic. Sit datus ø vna φ, quam multiplica per $2\frac{1}{2}$, facit $\frac{5}{2}$ φ, que equantur 19. Diuide ø, scilicet 19, per φ, facit $7\frac{3}{5}$.

Casus. Vt ø multiplicetur per 36, quod 15 procreantur, facit $\frac{15}{36}$.

Casus aliter procedens. Dato ø addita $\frac{1}{3}$, producto diuiso per 3, ut exeant 13. Fac sic. Ex quo habes diuisorem, scilicet 3, et eciam quocientem, scilicet 13, duc diuisorem in quocientem, proueniet diuidendus, scilicet 39. Nunc qui(s est) ø, ad quem si addidero $\frac{1}{3}$, quod proueniat 39. Fac sic. Datus ø sit 1 φ, ad(de) $\frac{1}{3}$, facit $\frac{4}{3}$(φ), hoc equatur 39. Ob hoc diuide ø per φ, facit $29\frac{1}{4}$, hic est ø, ad quem si ad(d)idero $\frac{1}{3}$, que est $9\frac{3}{4}$, proueniet 39, hunc diuide per 3, erit 13.

Item si prouenire debent 13($\frac{2}{3}$), fac sic(!) $30\frac{3}{4}$, quoniam $\frac{1}{3}$ eius est $10\frac{1}{4}$, quam adde ad $30\frac{3}{4}$, proueniunt 41, quem diuido per 3, facit $13\frac{2}{3}$ (!).

Casus aliter procedens. Dato ø $\frac{1}{3}$ addita, prouenient 18. Fac sic. Sit ille ø 1 φ, ad(de) $\frac{1}{3}$, facit $\frac{4}{3}$(φ), hoc equatur 18. Diuide ø, scilicet 18, per φ, facit $13\frac{1}{2}$.

Casus aliter procedens. A dato ø $\frac{1}{3}$ subtracta, remaneant 18. Fac sic. Sit ille ø 1 φ, subtrahe ab eo $\frac{1}{3}$, manent $\frac{2}{3}$(φ), hoc equatur 18. Fac secundum regulam, facit 27.

Casus aliter procedens. Dato ø addita $\frac{1}{3}$, a producto $\frac{1}{4}$ subtracta, proueniunt $9\frac{1}{2}$. Queritur (etc), facit $9\frac{1}{2}$, hic est ø.

Casus aliter procedens. A dato ø subtracta $\frac{1}{3} + \frac{1}{4}$, residuum diuisum (!) per $7\frac{1}{2}$, quot prouenient in quociente 9. Fac sic. Ex quo habes diuisorem, scilicet $7\frac{1}{2}$, et quocientem, scilicet 9, multiplica 1 per reliquum, facit $67\frac{1}{2}$. Nunc inuenies ø, a quo subtracta $\frac{1}{3}$ et $\frac{1}{4}$, quod remaneant $67\frac{1}{2}$, facit 162.

Casus aliter procedens. A ø dato subtracta $\frac{1}{3}$, residuo addita $\frac{1}{4}$, quod proueniet 24. Fac, quod ille ø est 1 φ, de quo subtrahatur $\frac{1}{3}$, remaneant $\frac{2}{3}$(φ). Nunc sibi adde suum quadruple (!), hoc est $\frac{1}{6}$(φ), facit $\frac{5}{6}$(φ), hoc equatur 24. Diuide ergo ø per φ, facit $28\frac{4}{5}$.

| Casus aliter procedens. Dato ø addita $\frac{1}{3} + \frac{1}{4} + \frac{1}{5}$, quod proueniunt 107, facit 60. Bl. 35

Queritur, quis est ø, cui si addo 4, subtraho 2, et medie [medietur], post hoc dupletur, multiplicetur per 6, diuidatur per 3, venient in quociente 60. Fac sic. Pono, quod talis ø sit 1 φ, ad quam addo 4, et erit 1 φ + 4, subtraho iam duo, manet 1 φ + 2, et illud media, et manet $\frac{1}{2}$ φ + 1, dupla illud, et erit 1 φ + 2, et hoc multiplica per 6, + proueniunt 6 φ + 12, que diuide per tria, + proueniunt in quociente 2 φ + 4 ø, modo illa ualent 66. Equa ergo partes subtrahendo ab utraque parte 4, + manent ex 1 2 φ solum et ex alia parte 56. Iam peruentum est ad primam algabre. Diuidatur ø per φ, et ueniet in quociente valor φ, scilicet 28, et ille est ø, de quo querebatur.

Casus. Quidam pater 4 habuit filios A, B, C, D, et eis eo mortuo reliquid (!) vnam summam, et primo testatus est $\frac{1}{4}$, secundo $\frac{1}{5}$, tercio $\frac{1}{6}$, quarto 92 fl. Queritur de summa, quam pater reliquit. Fac sic. Sit summa patris 1 ꝶ. Junge $\frac{1}{4}\,\frac{1}{5}\,\frac{1}{6}$ simul, facit $\frac{74}{126}$, subtrahe 74 (!) de 120 (!), restant $\frac{46}{120}$, et hoc erit ipsius quarti, scilicet D. Dic ergo per regulam de tri: 46 da(n)t 92, quot 120 dant? facit 240, tota summa, et A habuit vnam quartam, hoc est 60, B habuit $\frac{1}{5}$, hoc est 48, C $\frac{1}{6}$, hoc est 40, D vero 92 habet aureos.

Casus. Sint 4 socij A, B, C, D diuidere habentes 100 fl. D accipit partem suam, C in quadruplo ut D, D (!) in triplo ut C, A in duplo ut B. Queritur de illis partibus. Fac sic. Sit D 1 ꝶ, igitur C 4 ꝶ, B 12 ꝶ, A 24 ꝶ, iungendo facit 41 ꝶ, et sic 41 ꝶ equantur 100 ø. Diuide ø per ꝶ, facit D $2\frac{18}{41}$, (C) $9\frac{31}{41}$, B $29\frac{11}{41}$, A $58\frac{22}{41}$.

Casus. A dicit ad B: da mihi vnum de tuis, habebo tantum, quantum tu, et B dicit ad A: da mihi vnum de tuis, et habebo in duplo plus te. Ex quo A dicit ad B: da mihi 1 de tuis, et habebo tantum, quantum tu, ex isto concluditur, quod B habet plus quam in duobus. Nam si A recipit vnum a B, habent equaliter. Dic ergo: sit, quod A habet, 1 ꝶ, quare B habet 1 ꝶ + 2. Ex quo A habet vnam ꝶ et petit 1 ꝶ (!) a B, habebit A 1 ꝶ + 1 et B similiter 1 ꝶ + 1. Sed ultra. Cum B dicit ad A: da mihi 1, et habebo duplum ad te, et cum A habet 1 ꝶ + B 1 ꝶ + 2, B, cum petit 1 ab A, dicit se habere in duplo magis (quam) A, habebit sic B 1 ꝶ + 3; cum enim B habet in duplo magis quam A, dupletur A, et erit equale B, + quia A habet 1 ꝶ — 1 in casu iam inuento, habebit ergo A nunc 2 ꝶ — 2. Equentur partes addendo vnicuique parti 2, stabunt in vno loco 2 ꝶ, in alio 1 ꝶ + [5 sibi invicem] equales. Sed idem genus pro utraque parte stare non debet, abstrahatur igitur in vnaquaque parte 1 ꝶ, et erit 1 ꝶ equalis 5 ø. Sic sit prouentum ad primam regulam.

354. Casus aliter procedens. Sint 2 socij A + B. Dicit A ad B: da mihi 1 ꝟ de tuis, ego tot, quot tu habes, habebo. Dicit B ad A: tribue mihi 1 ꝟ, ego in triplo plus te habebo. Queritur, quot quilibet habet. Fac sic. Coniectura ambos habere 1 ꝶ, et dico: A habebit $\frac{1}{2}$ ꝶ — 1, B vero $\frac{3}{4}$ ꝶ — 1. Hoc autem ita inuenio: statuo proporcionem talem in minimis suis terminis, et ducem illius recipio pro numeratore, aggregatum vero ex duce et comite scribo pro denominatore, et a tota minucia subtraho defectum cuiuslibet, videlicet quem quilibet optat ab alio, ut hic primus petit a secundo 1, et erit ei $\frac{1}{1}$, pono proporcionem in minimis suis terminis ut $\frac{1}{1}$, ducem retineo pro numeratore, sed comitem (addo) ad ducem, et proueniunt [2], que seruo pro denominatore, habebo ergo talem minuciam $\frac{1}{2}$, a qua minucia subtraham 1, et remanent $\frac{1}{2}$ ꝶ (!) — 1 ø, et hoc ascribo ipsi A. Eodem modo operando inuenio, quod B habet $\frac{3}{4}$ — 1. Adde ergo ø primi ad secundi ø, facit $\frac{5}{4}$ ꝶ — 2 ø, hoc equatur 1 ꝶ. Equa, scilicet 2 delendo et addendo ad 1 ꝶ, (facit 1 ꝶ) et 2 ø, aduc equa delendo 1 ꝶ ab utrisque, et tunc diuide secundum regulam, facit 8, et hoc est ꝶ, et habebunt ambo 8. Nunc primus habet $\frac{1}{2}$ ꝶ — 1, facit 3, et secundus $\frac{3}{4}$ ꝶ — 1, facit 5.[1])

Item A dicit ad B: da mihi 1, habebo 10 (!) plus te. Dicit B ad A: tribue mihi 1, habebo 20 (!) plus quam tu. Fac sic. Habeant ambo 1 ꝶ. Dico, quod primus habebit $\frac{10}{11}$ ꝶ — 1 et secundus $\frac{20}{21}$ ꝶ — 1 per regulam superius datam. Adde, facit $\frac{430}{231}$ (ꝶ) — 2 ø, (hoc equatur 1 ꝶ). Equa, facit $\frac{462}{199}$. Primus habet $1\frac{22}{199}$, secundus habet $1\frac{42}{199}$.

Item da mihi 1, habebo duplum; da mihi 1, habebo quintuplum. A $1\frac{2}{3}$, B $2\frac{1}{3}$.

Casus per tres procedens. Sint tres socij A, B, C. A dicit ad B: porrige mihi vnum, ego habebo tot, quot tu. B ad C: da mihi 1, habebo duplum. C ad A: da mihi vnum, habebo triplum. Queritur etc. Fac sic. Pono, quod A habeat 1 ꝶ, et sic secundus habebit 1 ꝶ et 2 ø et tercius $\frac{1}{2}$ ꝶ + $2\frac{1}{2}$ ø. Si autem primus daret vnitatem, tunc tercius haberet $\frac{1}{2}$ ꝶ + $3\frac{1}{2}$ ø, primoque remanent 1 ꝶ — 1 ø, et hoc esset $\frac{1}{3}$ tercii, scilicet $\frac{1}{2}$ ꝶ + $3\frac{1}{2}$ ø; propterea quando multiplicetur 1 ꝶ — 1 ø per 3 vel triplicetur, proueniunt 3 ꝶ — 1 ø (!), et hoc equatur ex ypothesi $\frac{1}{2}$ ꝶ et $3\frac{1}{2}$ ø. Equa, remanent $2\frac{1}{2}$ ꝶ + $6\frac{1}{2}$ ø. Diuide igitur ø per ꝶ, facit $\frac{26}{10}$, et hoc est ꝶ, et hoc habet primus, secundus 1 ꝶ + duos ø, facit $4\frac{3}{5}$, tercius $\frac{1}{2}$ ꝶ et $2\frac{1}{2}$, facit $3\frac{4}{5}$.

---

1) Bei Riese findet sich diese Auflösung nicht. Der alte Rechenmeister sagt: setz 1 ꝶ dem a mufs b 1 ꝶ + 2 ø habenn Dan a begert vom b 1 ꝶ so haben si gleich Nim 1 ø vom a vnd gib dem b komt 1 ꝶ + 3 ø b gilt gleich a gilt 1 ꝶ -:- 1 ø mit 3 multiplicirtt | gib zu was Zuwenigk vff bedenn teyln vorhanden vnd nim hinwegk was zuvil vff beydenn teylen voraugenn ist komt eynem teyl 2 ꝶ vnd dem anderen teyl 6 ø | teyl ø in ꝶ komen 3 ꝟ souil hat das a | so mufs b 1 ꝶ + 2 ø habenn | das sind 5 ꝟ (S. 130).

Casus. A, B, C. $\frac{1}{1}$, $\frac{2}{2}$, $\frac{3}{3}$. Queritur etc. Fac sic. Primus habeat 1 𝓇, igitur secundus 1 𝓇 + 2, tercius $\frac{1}{2}$ 𝓇 + 4. Cui si primus dederit 3, habebit $\frac{1}{2}$ 𝓇 + 7 ø, remanebitque primo 1 𝓇 — 3 ø, et sic ex ypothesi in triplo plus habet primo, quare si ø primi tripletur, equabitur tercio, et sic habebit post triplicationem primus 3 𝓇 — 9 ø, quod equatur tercio. Equa et diuide ø per 𝓇, facit $\frac{32}{5}$, (et hoc est) 𝓇, et tot habet primus. Secundus habet 1 𝓇 + 2, facit $\frac{42}{5}$. Tercius $\frac{1}{2}$ 𝓇 + 4 ø, facit $\frac{36}{5}$. Sic eciam per 4.

| Casus aliter procedens. A, B, C equum emere cupiunt. Dicit A ad B: da mihi $\frac{1}{2}$ tuorum ₰, ego, meis additis, emerem equum (pro) 100. B cupit $\frac{1}{3}$ (a) C (et C) ab (A) $\frac{1}{4}$. Queritur etc. Fac sic. Pono, quod A 1 𝓇 habeat, quam subtrahe de 100, remanent 100 ø — 1 𝓇, quod ipsius A est defectus, et quoniam ipsius A defectus medietas est pecunie B, duplabo defectum A, (facit) 200 ø — 2 𝓇, defectum suppleo, superfluunt tunc sibi 100 ultra equi solucionem, dabo ergo sibi 2 𝓇 — 100 ø, habet prescise 100. Sic B defecerunt 2 𝓇 — 100 ø, quod triplabo, proueniunt 6 𝓇 — 300 ø, et tantum habet se(!) ex ypothesi. Nunc ad pecuniam C addam $\frac{1}{4}$ de pecunia (A) sicut cupiuit, et C habet $6\frac{1}{4}$ 𝓇 — 300 ø, hoc ex supposicione est equale 100 ø. Prius defectum suppleo, et 𝓇 (!) est $6\frac{1}{4}$ 𝓇 equalis 100 (!). Diuide ø per 𝓇, prouenit 64 in quociente, et tantus est 𝓇 valor et ipsius A pecunia. B 72, C 84. Sic eciam in cecha poni posset. Bl. 3

Casus. Quidam putirum emans (!) secum quandam defert pecuniam. Qui si 30 emit ℔, residuo sibi manent 6 gr. Si vero emit 40 ℔, nihil sibi residuo erit. Queritur, quantum (!) emit ℔, quotque secum detulit pecunias. Fac sic. Pono, quod 1 ℔ constet 1 𝓇, quod duc in triginta ℔, facit 30 𝓇, (superfluum adde, scilicet 6 gr, prouenient 30 𝓇) + 6 gr. Eciam multiplico 1 𝓇 per 40 ℔, (erunt 40 𝓇) equales 30 𝓇 et 6 gr. Equa. Diuide ø per 𝓇, proueniet 1 ℔ pro $\frac{3}{5}$ vnius gr, hoc est 9 haller, secumque detulit 24 gr.

Casus. Quidam refert: filius meus mortuus existit (!). Qui si vixisset tantum, quantum vixit et $\frac{1}{2} + \frac{1}{3} + (\frac{1}{4})$ — 2 annis, sic 100 annorum fuisset. Queritur, quot annis fuit. Fac sic. Pono, quod supervixit 1 𝓇 et $\frac{1}{2} + \frac{1}{3} + \frac{1}{4}$ — 2 annis, iunge simul, facit totum $3\frac{1}{12}$ 𝓇 — 2 annis, que equantur 100 annis. Defectum suppleo, prouenient 102 anni equales $3\frac{1}{12}$ 𝓇. Diuide, facit $33\frac{3}{37}$, tot fuit annorum.

Casus aliter procedens. Quidam habuit pomerium (!) cum 4 portis et 4 custodibus, et cum exit, oportet ipsum tribuere cuilibet custodi medietatem pomorum et vnum, ut 1 pomum portet ad domum. Queritur, quot recipere debet poma. Fac sic. Pono, quod recipiat vnam 𝓇 pomorum, dabit tunc primo $\frac{1}{2}$ et 1 pomum, sic seruabit $\frac{1}{2}$ 𝓇 — 1 pomo; dabit secundo $\frac{1}{2}$ 𝓇 — 1 pomo $\frac{1}{2}$ et 1, sic seruabit $\frac{1}{4}$ (𝓇) — $1\frac{1}{2}$ pomi; tercio dabit similiter seruati, et remanebunt $\frac{1}{8}$ 𝓇 — $1\frac{3}{4}$ pomorum. In quarta relinquit medietatem illius, quod habet tunc (et 1), sic seruabit $\frac{1}{16}$ 𝓇 — $1\frac{7}{8}$ pomi, hoc nunc equatur vno (!) pomo portando in domum. Equa, facit 46, quod est 𝓇, quam recipere debet.

Casus aliter procedens. Quidam habuit laboratores. Qui si cuilibet 5 tribueret ₰, remanent 30 in superfluo. Si vero 7 ₰ cuilibet daret, deficit in triginta. Queritur, quot habet laboratores quotque ₰. Fac sic. Pono, quod (numerus) laboratorum sit 1 𝓇, nunc multiplica 1 𝓇 per 5, erunt 5 𝓇, superfluum adde, scilicet 30 ₰, prouenient 5 𝓇 + 30 ₰; aliorum vero habet 7 𝓇 — 30. Equa et diuide, facit 30 laboratores et 180 ₰.

| Casus aliter procedens. Quidam constituit cum quodam laboratore super 28 dies. Qui si laborabit, dabit ei 5 ₰. Si vero quiescit, sibi vice uersa restituet (3 ₰). Post 28 dies alter alteri nihil dare debet nec dedit. Queritur, per quot dies labores (!) debet et quiescere. Fac sic. Pono, quod laborauit 1 𝓇, sic necessario quieuit 28 dies — 1 𝓇, multiplica 1 𝓇 per 5, (facit 5 𝓇), eciam multiplica 28 — 1 𝓇 per 3, facit 84 ø — 3 𝓇. Nunc equa, facit 10 cum $\frac{1}{2}$ dies, per quas laborauit, alijs vero quieuit, scilicet $17\frac{1}{2}$ diem (!). Bl. 3

| Capitulum secundum. Bl. 3

In quo ø assimilatur ʒ. Est quando ø etc. Tunc ø diuidatur per ʒ, et radix quadrati (!) producti ostendit quesitum.

Casus. Si(t) ø alteri $\frac{4}{3}$, vnusque in alium ductus facit 48. Queritur de illis numeris. Primus ø sit 4 𝓇, quia debet esse quadruplus, alter tres 𝓇. Multiplica 3 𝓇 per 4 𝓇, facit 12 ʒ, que equantur 48 ø. Nunc es in secunda regula. Diuide 48 ø per 12 ʒ, facit 4 et ∴ de 4 (!) est 2, que ostendunt 𝓇, id est valorem 1 𝓇. Sed primus habuit 4 𝓇, habebit ergo 8, ø maior, et secundus 3 𝓇, facit 6, ø minor, quesiti ø, qui se habent in proporcione $\frac{4}{3}$, quia octo continet 6 semel et terciam eius partem hijque ø simul multiplicati faciunt 48.

Casus. ø datus, postquam sibi $\frac{1}{3}$ additur, in se multiplicatus causat 49. Queritur de illo ø. Fac sic. Sit ø ille 1ꝛ, cui addo $\frac{1}{3}$, erunt $\frac{4}{3}$ꝛ, quod in se ipsum multiplico, proueniunt $\frac{16}{9}$ʒ, que ex ypothesi equantnr 49. Diuide ergo ø per ʒ iuxta regulam, facit $\frac{441}{16}$, radicem eius extrahe, que est $\frac{21}{4}$, ø inventus(!), ad quem si $\frac{1}{3}$ eius, quod est $\frac{7}{4}$, addatur, proueniunt $\frac{28}{4}$, id est $\frac{7}{1}$, que in se multiplicata causant 49.

Casus. Inueniatur ø, ad quem si addantur $\frac{3}{4}$, + aggregatum ductum in 10 facit 100, facit $\frac{40}{7}$. Nunc adde tres quartas, hoc est $\frac{30}{7}$, erit totum $\frac{70}{7}$, hoc est $\frac{10}{1}$, que in (10) multiplicata procreant 100.

Casus. Inueniatur ø, a quo $\frac{1}{3}+\frac{1}{4}$, hoc est $\frac{7}{12}$, si subtrahantur [et reliquum in se ductum] procrea(t) 36. Queritur, quis ille ø sit. Pono, quod ille ø sit 1ꝛ, a quo subtrahe $\frac{1}{3}$ et $\frac{1}{4}$, et remanent $\frac{5}{12}$ꝛ, quod in se multiplica, facit $\frac{25}{144}$ʒ, quod equatur 36ø. Nunc ø per ʒ diuide, facit $\frac{5184}{25}$, cuius radix, que est $\frac{72}{5}$, hoc est 14 et $\frac{2}{5}$, ostendit quesitum, ø inveniendum, a quo si $\frac{1}{3}$ et $\frac{1}{4}$ eius, hoc est $8\frac{2}{5}$, subtraxero, remanent 6, que in se multiplicata 36 constituunt.

Casus. A quodam ø subtracta $\frac{1}{3}$ et $\frac{1}{4}$, residuo in se ducto, quod 16 prouenient. Fac sic. Pono, quod ille ø sit 1ꝛ, a qua subtraho $\frac{1}{3}$ et $\frac{1}{4}$, remanent $\frac{5}{12}$(ꝛ), hanc minuciam in se duco, facit $\frac{25}{144}$ʒ, hoc ex ypothesi est equale 16ø. Quare secundum intencionem secunde regule, quia ʒ est equalis ø, diuide 16ø per $\frac{25}{144}$ʒ, et proueniunt $\frac{2304}{25}$, huius extrahe radicem, et proueniunt $\frac{48}{5}$, ø quesitus, a quo si $\frac{1}{3}$ et $\frac{1}{4}$ subtraxeris, remanebunt $\frac{20}{5}$, hoc est $\frac{4}{1}$, quibus in se ductis, prouenient 16, quod fuit propositum.

Casus. Datus ø in se multiplicatus causat 36. Fac sic. Sit ille ø 1ꝛ, quem in se multiplica, facit 1ʒ, qui equatur 36ø. Nunc es in regula. Diuide ø per ʒ, et proueniet fractio talis $\frac{36}{1}$, cuius radix est 6, que duc in se, proueniunt 36, quod fuit propositum.

Casus. Datus ø in se multiplicatus procreat 35. Fac (sic). Sit ille ø 1ꝛ, quam in se multiplica, facit 1ʒ, qui equatur 35ø. Diuide igitur ø per ʒ, proueniet fractio talis $\frac{35}{1}$, cuius radix est surda. Ad inveniendum ergo illum ø per algorithmj (!) multiplicationem surdarum duc radicem (de) 35 in se, quod fit illo modo: quadrata (!) radicum, hoc est 35 et 35, duc insimul, et proueniet 1225, cuius radix est 35, ø propositus.

356.

## | Capitulum tercium.

In quo ꝛ equatur ʒ. Est quod quando res equantur ʒ. Diuide ꝛ per ʒ, et ø quociens ostendit quesitum.

Casus. Inuenire duos ø, qui se habeant in ea proporcione, qua se (!) 3 ad 2. Quibus aggregatis siue 1 in alium ducto, idem proueniat. Queritur, qui sint illi ø. Fac sic. Pono, quod minor ø sit 2ꝛ, erit ergo maior ø necessario 3ꝛ. Addendo 3ꝛ ad 2ꝛ et faciunt 5ꝛ. Demum ducto 2ꝛ in 3ꝛ, et proueniunt 6ʒ, hec ex ypothesi sunt equalia (5ꝛ). Quia ergo ꝛ equalis est ʒ, diuidam iuxta hanc regulam 5ꝛ per 6ʒ, et proueniunt $\frac{5}{6}$, valor siue(!) ꝛ 1, et minor est 2ꝛ, multiplica ꝛ, id est $\frac{5}{6}$, per $\frac{2}{1}$, facit $\frac{5}{3}$, (et tantus) est ø minor; quod si ꝛ 1, id est $\frac{5}{6}$, per 3 multiplicauero, proueniunt $\frac{5}{2}$, et tantus est ø maior. Habeo ergo quesitos ø in ea proporcione, qua 3 ad 2, quos siue aggregauero siue 1 in alterum duxero, tantundem proueniet, quod fuit propositum.

Secundus casus. Si(t) a sesquialtera et b $\frac{4}{3}$ ad c + productus a in b continet c duodecies. Queritur etc. Sit c 1ꝛ et a $\frac{3}{2}$ꝛ, b $\frac{4}{3}$ꝛ. Multiplica a in b, facit 2[ʒ], et illa equantur 12ꝛ, et sic es in regula tercia. Diuide igitur ꝛ per ʒ, facit 6 et sic: c 6, a 9, b 8.

Casus. Inuenire 2ø, ut cum minor a maiore subtrahitur tantum veniat, quantum si minor per maiorem multiplicatur. Queritur etc. Fac sic. Sit primus ø 1ꝛ et secundus ø 4ꝛ, uel quid uis. Nunc subtrahe 1ꝛ a 4ꝛ, remanent 3ꝛ, post multiplica 1ꝛ per 4ꝛ, facit 4ʒ, et sic 4ʒ equantur 3ꝛ. Diuide igitur ꝛ per ʒ, facit $\frac{3}{4}$, et hoc est 1ꝛ et primus ø; secundus ø fuit 4ꝛ, multiplica 4ꝛ per $\frac{3}{4}$, facit $\frac{12}{4}$, hoc est secundus ø.

Casus. A habet 100℔ garioffoli(orum), B 100℔ ficus (!), et B dat semper in triplo plus pro 1 fl quam A, et summa amborum sit fl 20. Queritur, quot quisque ℔ dare debet pro aureo. Fac sic. Coniectura A dare garioffoliorum 1ꝛ pro 1 fl, tunc oportet B dare 3ꝛ ficuum pro 1 fl. Nunc vide per regulam auream siue de tri, quot ambo mercentur. Dicendo 1ꝛ garioffoliorum dat 1 fl, quot dabunt 100℔ garioffoliorum? facit $\frac{100}{1}$ꝛ (!). Dic postea 3ꝛ ficus (!)

dant 1 fl, quot 100 ℔? facit $\frac{100}{3}$ ꝛ (!). Nunc adde has insimul summas, facit $\frac{400\ ꝛ}{8\ ȝ}$ [et hoc equatur ex ypothesi 20 fl. Multiplica ergo denominatorem illius minucie per 20, facit $\frac{400\ ꝛ}{60\ ȝ}$]. Nunc profectus es in regulam, vbi ꝛ [est] equalis ȝ. ꝛ ergo diuidatur per ȝ, facit $\frac{6}{1}$ $\frac{2}{3}$, et tot A dabit garioffoliorum ℔ pro 1 fl; nunc B in triplo dabit pro 1 fl, facit 20 ℔ ficuum. Et A mercator (!) 15 fl, B vero 5, facit totum 20, quod fuit propositum.[1])

| Capitulum quartum. Bl. 35

In quo ø assimilatur ꝛ + ȝ. Tunc ø et ꝛ debent per ȝ diuidi, res siue ꝛ siue radix mediari, medietas in se duci, productum ø addi, √ tocius aggregati — medietate ꝛ ostendit, quod queritur. Vnde quando hic precipitur aliquid subtrahi uel multiplicari, intelligitur iuxta algorithmum de additis sursis et de minucijs (!).

Casus. Inuenire quadratum, qui cum duabus (uel tribus uel 10) √ 10 (uel 21 uel 100 uel 1000) prescise constituat. Fac sic. Pone eius radicem fore 1 ꝛ, hanc √ in se duco, proueniet 1 [ȝ], suus quadratus. √ duplabo, scilicet 1 ꝛ, et proueniunt 2 ꝛ, quas addam cum 1 ȝ, et proueniet quantitas illa, scilicet 1 ȝ et 2 [ꝛ], hoc ex ypothesi valet 10. Quia igitur ø est equalis ȝ et ꝛ, iuxta quarte igitur regule precepta operare. Diuide numerum et ꝛ per ȝ, et manent ut sunt. Media ꝛ, et proueniet 1, hoc duc in se, et iterum proueniet 1, adde hoc ad 10, et proueniunt 11, quorum debes extrahere radicem, et a radice subtrahe medietatem ꝛ, scilicet 1, + remanet valor 1 ꝛ^e^. Sed quia 11 non habet √ in ø racionalibus, dic, quod quantitas, que queritur, non potest aliter nominari quam radix ipsorum 11 — 1, et tanta est ꝛ in valore siue radix quadrati. Hoc ostenditur sic. Duc hanc quantitatem, scilicet (.) 11 — 1, in se, et proueniunt 12 — . 44, qui est quadratus quesitus, huic debes addere duas eius radices, hoc fac duplando eius radicem, scilicet . . 11 — 1 (!), et proueniet . 44 — 2, + hoc duplatum coniunge cum quadrato prius inuento, et erit aggregatum prescise 10, quod fuit propositum.

Casus. A concedit B 25 fl ad 2 annos pro lucro et lucri lucro. Annis elapsis, B restituit ipsi A capitalem summam et insuper 24 fl in lucro et luci lucro. Queritur, 25 fl quantum lucrum fecerunt in primo anno. Fac sic. Pono, quod 25 floreni in primo anno lucrum fecere vnam ꝛ. Quid lucrantur 25 fl et 1 ꝛ in secundo anno? Dispone ad regulam ternariam sic: $\left(\begin{matrix}25 & 1\ ꝛ \\ 25 + 1\ ꝛ & \end{matrix}\right)$. Multiplicando 1 ꝛ per 25 + 1 ꝛ, + proueniunt 25 ꝛ + 1 ȝ, que diuido per 25, proueniet 1 ꝛ + $\frac{1}{25}$ ȝ, et tantum est lucrum secundi anni. Coniunge lucra amborum annorum, et erit totale lucrum 2 ꝛ + $\frac{1}{25}$ ȝ, hoc ex ypothesi est equale 24 fl. Quia vero sunt fractiones ex 1 parte, integrabo eas, quod semper faciendum est, quando possibile est. Multiplicabo igitur ambas partes, quia equales sunt, per 25, et stabunt ex vna parte 50 ꝛ + 1 ȝ + ex alia 600. Omnia per 1 ȝ diuide, facit 50 ꝛ + $\frac{600}{1}$ ø. Mediabo ꝛ, facit 25, hoc in se ducto, proueniunt 625, quibus adde ø, scilicet 600, √ producti, scilicet 35, minus medietate ꝛ, scilicet 25, quod est 10, ostendit, quod queritur, scilicet lucrum primi anni, et 14, lucrum secundi anni.

Casus. A concedit B 20 fl ad 2 annos pro lucro + lucri lucro. Annis elapsis, B restituit ipsi A capitale et insuper 10 fl in lucro et lucri lucro. Queritur, 20 fl quantum lucrum fecerunt in primo anno. Fac sic. Pono, quod 20 fl in primo anno lucrum fecerunt 1 ꝛ. Quot lucrantur 20 fl + 1 ꝛ in anno secundo? Dispone ad regulam ternariam sic: $\left(\begin{matrix}20 & 1\ ꝛ \\ 20 + 1\ ꝛ & \end{matrix}\right)$. Multipli-

---

1) Die Aufgaben, welche zur dritten Regel gehören, hat Widman um zwei vermehrt. Von diesen lautet die eine folgendermaßen: Item Est quoddam quadratum equilaterum rectangulum cuius quatuor latera simul iuncta faciunt $\frac{2}{5}$ ipsius eiusdem aree Queritur quantum est vnumquodque latus. Pone quod latus vnum sit 1 ꝛ quam si in se ipsam multiplicaueris provenit 1 ȝ prioris scilicet quadrati area cuius $\frac{2}{5}$ sunt $\frac{2}{5}$ ȝ. Addantur etiam simul quatuor latera eiusdem quadrati et erunt quatuor ꝛ equales $\frac{2}{5}$ ȝ Et quia peruentum est ad regulam terciam quare secundum preceptum eius 4 ꝛ per $\frac{2}{5}$ ȝ diuidantur et veniunt 10 valor ꝛ (Bl. 356). Die eben mitgeteilte Aufgabe hat Widman dem Traktat de mensuratione terrarum et corporum entnommen. In dem Exemplar, welches der cod. Dresd. C 80 von dem genannten Traktat enthält, heißt es Bl. 385: Quod si dixerit | aggrega[ui] latria (!) eius (quadrati) et fuit quod prouenit due aree 5^e^ ipsius | quantum ergo est vnumquotque latus eius.

cando 1ꝑ per 20 et 1ꝑ, + proueniunt 20(ꝑ) + 1ʒ, que diuido per 20, et proueniet 1ꝑ + $\frac{1}{20}$ʒ, et tantum est lucrum secundi anni. Coniunge lucra amborum annorum, et erit totale (lucrum) 2ꝑ et $\frac{1}{20}$ʒ, hoc ex ypothesi est equale 10 fl. Quia vero habeo fractiones ex vna parte, scilicet
l. 357. ibi $\frac{1}{20}$, multiplica omnia per ꝑ (!) ut supra, | et stabunt ex vna parte 40ꝑ et 1ʒ et ex altera parte 200 ø, hec ut prius sunt equalia. Que modo iuxta quartum capitulum diuidam omnia per ʒ, et manent ut sunt. Mediabo ꝑ, et manent 20 ꝑ, hoc in se duco, et proueniunt 400, quibus ø, scilicet 200, addo, (facit 600), quorum debeo extrahere radicem et a radice auferre medietatem ꝑ, + residuum ostendit quesitum. Sed quia ø prepositus, scilicet 600, est surdus, non habens radicem in ø racionalibus, dico, quod quantitas, que queritur, est radix de sexingentis (!) — 20, nec potest hec quantitas aliter exemplificarj, et tantus est valor ꝑ siue lucrum primi anni, quod fuit propositum.[1])

Casus. Quidam quasdam vlnas panni pro 60 emit fl, quarum vlnarum si aduc tres fuissent et cum empte fuissent (pro) 60 fl, tunc 1 vlna 1 fl — comparetur. Queritur, quot vlne sunt. Fac sic. Pone, quod ipsarum sit 1ꝑ. Nunc per regulam ternariam: 1ꝑ vlnarum constat 60 fl, quid vlna 1? facit $\frac{60}{1ꝑ}$. Nunc secundarum vlnarum tres plures fuerunt, dic: 1ꝑ + tres vlne constant 60, quid constat 1 vlna? facit $\frac{60}{1ꝑ\,(+)\,\text{tres}\,ø}$. Nunc id est — 1 quam $\frac{60}{1ꝑ}$, propterea 1 adde per addicionem minuciarum volgarium sic: $\frac{60}{1ꝑ \text{ et } 3ø}$ $\frac{1}{1}$, facit $\frac{63ø\,(+)\,1ꝑ}{1ꝑ\,(+)\,3ø}$, hoc nunc equatur $\frac{60}{1ꝑ}$. Equa igitur et diuide vnum per reliquum, facit 63ꝑ + 1ʒ equales 60ꝑ + 180ø. Ex(c)essus dele. Ab utraque parte 60 (ꝑ) aufero, et remanent 3ꝑ + 1ʒ equales aduc 180ø. Nunc iuxta quartum capitulum omnia, scilicet ø et ꝑ, per ʒ [diuide], et manent ut sunt, quia 1 non diuidit. 1ꝑ (!) media, hoc est $\frac{3}{2}$, quod in se multiplica, proueniunt $\frac{9}{4}$, ø adde, facit $\frac{729}{4}$, cuius radix est $\frac{27}{2}$, a qua subtrahe medietatem ꝑ, quod est $\frac{3}{2}$, residua sunt $\frac{24}{2}$, hoc est 12, et tot sunt vlne. Proba. 12 dato, quod sint et constant 60, quid 1? Per ternariam regulam facit 5 fl. Nunc si aduc 3 vlne fuissent, cum prioribus faciunt 15, eciam pro 60, quid 1 vlna? Per eandem regulam ternariam facit 4 fl. Iam notas, quod 1 fl — vlna comparetur.

Casus. Quadratum, qui cum suis 10 ℞ 10 prescise constituat, indagare. Fac sic. Pono, quod eius radix sit 1ꝑ, hanc (℞) duco in se, proueniet 1ʒ. Decuplabo hanc (℞, scilicet) 1ꝑ, proueniunt 10ꝑ, quas addam cum quadrato, et excrescet hec quantitas, scilicet 1ʒ + 10℞ (!), hec ex ypothesi sunt equalia 10ø. Quia igitur ø est equalis ꝑ et censui, diuidam ø et ꝑ per ʒ, et manebunt 10ꝑ et 10ø. Mediabo ꝑ, et sunt 5, quam ducam in se, proueniunt 25, addo hoc ad ø, proueniunt 35, horum debeo extrahere ℞ et a ℞ extrahere medietatem ꝑ, scilicet 5, et remanet valor ꝑ. Sed quia 35 non habet ℞ in (ø) racionalibus, dico, quod quantitas, que queritur, non potest aliter nominari quam ℞ 35 — 5, et tanta est radix siue ꝑ, que queritur. Hoc ostendo sic. Duco hanc quantitatem in se .. 35 — 5 (!), et proueniunt 60 — .. 3500 (!), qui est quadrat(us) quesitus, huic debeo addere 10 eius .. (!), hoc (facio) decuplando eius radix (!), scilicet .. 35 — 5 (!) et prouenit .. 3500 — 50 (!), hoc decuplatum coniungo cum quadrato prius nominato, erit aggregatum prescise 10, quod fuit propositum.

---

1) Die letzten beiden Aufgaben hat Widman in sein Buch: Behēde vnd hubsche Rechenung auff allen kauffmanschafft. Leipczick 1489, aufgenommen. Sie lauten daselbst folgermaſsen: Itm̄ einer leihet einem 20 fl 2 iar vmb gewin vnd gewins gewin vnd also wen dy 2 iar vorgehen gibt er im wider 30 fl hauptsū vn̄ vor gewin vn̄ gewins gwin Nu ist dy frag wy vil dy 20 fl dz erst iar gewūnē habē. wiltu dz wisse vn̄ des gleichen so ml'tiplicir die hauptsū alſs 20 in dē gewin alſs yn 10 wirt 200 vnd das behalt Darnach multiplicir dy hauptsum in sich selbst quadrate Vnd kumpt 400 | die addir ʒu 200 wirt 600. Nu sprich ich dz der gwin des erstn̄ iars ist die wurczel von 600 — 20 (Bl. 125').

Eyner leycht dem Andern 25 fl 2 Jar vmb gwin Vnd gwinſs gwin. Nu wē die 2 iar vergāgn̄ sey szo giebt genner dem wider seyn hauptsum vn̄ fur gwin vnd gwinſs giebt er ym 24 fl Nu ist die frag Wie vil habn̄ die 25 fl gewunē in dem erstn̄ iar Machſs nach der Regel' alszo. ml'tiplicir die hauptsum in den gwin als 25 in 24 kumpt 600 Darnach ml'tiplicir auch das hauptgut in sich selbst als 25 wirt 625. vnd dz addir zu 600 werden 1225 darauſs zeuch die wurczel vnd ist 35 un subtrahir vō der wurczel Die hauptsum pleybn̄ 10. vnd das ist der gwin des erstn̄. Jarſs Vnnd 14 der gwin des hauptgucz mit dem gwin des andern Jarſs vnd ist recht (Bl. 126).

Casus. Diuide 10 in duas partes, et maiorj per minorem diuisa, medietas quocientis addita ad maiorem constituat (totum), id est 10. Sic dic: sit minor pars 1 ꝭ, quare necessario alia pars erit 10 — 1 ꝭ, quam diuide per minorem, et stabunt sic figure $\frac{10 - 1\,\text{ꝭ}}{1\,\text{ꝭ}}$, et illud est quociens, facta diuisione maioris per minorem, et illud media, scilicet per $\frac{1}{2}$ (diuide), manet medietas quocientis $\frac{10 - 1\,\text{ꝭ}}{2\,\text{ꝭ}}$, et illa medietas debet addi maiorj parti, et stabunt sic figure' $\frac{19\,\text{ꝭ}\ 10\,\text{ø} - 2\,\text{ꝭ}}{2\,\text{ꝭ}}$ (!), et hoc coniunctum tunc valet $\frac{10}{1}$. 10 ergo intelligitur adequare priori coniuncto per cruciformem multiplicacionem, et stabunt sic figure $\frac{19\,\text{ꝭ}\ (+)\ 10\,\text{ø} - 2\,\text{ʒ}}{20\,\text{ꝭ}}$, et equacione facta cruciformi (!) sic stabunt figure (10 ø equales 2ʒ + 1 ꝭ), et peruentum est ad quartam regulam, quando ø assimilatur ꝭ et ʒ, et diuisione secundum regulam quartam facta, manent iste figure 5 ø equales 1ʒ (+) $\frac{1}{2}$ ꝭ. Medietas ꝭ multiplicetur in se, et producto ø addatur, scilicet 5, et facit $\frac{81}{16}$, et radix producti erit $\frac{9}{4}$, a qua debet medietas ꝭ tolli, et relictum post diuisionem (!) medietatis ꝭ est $\frac{8}{4}$ seu $\frac{2}{1}$, valor ꝭ. Probacio. 10 diuiditur in duo et 8, et maiorj parte, scilicet 8, per minorem, scilicet 2, diuisa, veniet quociens, scilicet 4, cuius medietas, scilicet 2, addita maiorj parcium, scilicet 8, facit totum, scilicet 10 (Bl. 358).

Casus. Differencia radicis quadrati a + ℞ quadrati b est 1, et differencia inter ℞ quadrati b et ℞ quadrati c similiter vnum, et omnia tria quadrata (!) habent 50. Queritur de quantitate vniuscuiusque quadrati per se. Dico, quod ℞ quadrati a sit 1 ꝭ et (℞ quadrati) b 1 ꝭ et 1 et (℞ quadrati) c 1 ꝭ et duo. Quadrabo igitur vnumquotque, et erit quantitas quadrati a 1ʒ et quantitas quadrati b 1ʒ (+) 2 ꝭ + 1 ø, quantitas autem quadrati c erit 1ʒ (+) 4 ꝭ et 4 ø. Hec omnia coniuncta faciunt 50. Procedatur ergo secundum quartam algabre, et veniet valor ꝭ 3, videlicet radix quadrati a, cui si coniungam differenciam inter (℞ quadrati) a et (℞ quadrati) b, scilicet 1, veniet ℞ quadrati b, scilicet 4, cui iterum si coniungam differenciam inter (℞ quadrati) b et (℞ quadrati) c, videlicet 1, venit 5, ℞ quadrati c. Duco igitur vnumquotque in se, et veniet suus quadratus etc (Bl. 361′).[1]

| Quintum capitulum. Bl. 3

In quo ꝭ equatur ʒ et ø. ꝭ et ø debent per ʒ diuidi, ꝭ mediari, medietas in se duci, a producto ø subtrahi, ℞ residui a medietate ꝭ tolli vel sibi addi, et quod prouenit, ostendit, quod queritur.

Casus. Iuxta 29 proposicionem dati.[2]) Diuidatur 10 in 2 partes sic, quod per minorem diuidantur 36, et idem ø 36 similiter diuidatur per maiorem partem, et ambo quocientes coniuncti faciunt 15. Dico, quod minor pars sit 1 ꝭ, quare maior pars necessario erit 10 — 1 ꝭ. Diuido igitur 36 per 1 ꝭ, et stabunt figure sic $\frac{36}{1\,\text{ꝭ}}$. Similiter diuidam 36 per maiorem partem, scilicet per 10 — 1 ꝭ, et stabunt figure sic $\frac{36}{10 - 1\,\text{ꝭ}}$. Illos quocientes coniungam more minuciarum ducendo denominatorem (!) in se, et proueniunt 10 ꝭ — 1ʒ; post hoc multiplico numeratorem vnius per denominatorem alterius cruciformiter, et inde coniungam, et stabunt figure sic $\frac{360}{10\,\text{ꝭ} - 1\,\text{ʒ}}$, hoc autem equatur $\frac{15}{1}$. Multiplico igitur numeratorem vnius per denominatorem alterius cruciformiter, et tunc denominator erit equalis suo numeratori, et stabunt figure sic $\frac{360}{150\,\text{ꝭ}}$ — 15ʒ (!). Iam adequantur enim partes. Addo igitur 150 ꝭ$^{\text{sis}}$ 15ʒ$^{9}$, quod fit delendo 15ʒ cum signo negatiuo, et addo tantum 360 ø per apposicionem signi auctiui 15ʒ, et tunc 360 ø et 15ʒ adequantur 150 ꝭ. Iam peruentum est ad regulam quintam. Diuidam ergo 150 ꝭ per 15ʒ, et manent 10 ꝭ, et 360 similiter diuidam per 15, et manebunt 24 ø, et 1ʒ, sic 1ʒ per se ipsum cruciformiter diuiditur, et erunt 24 ø + 1ʒ

1) Nach den Worten: veniet suus quadratus etc. stehen noch die folgenden, denen ich keinen Sinn zu geben im stande war. hoc non solum est verum in penultima primi sed est verum in omnibus tribus quadratis siue fiant super triangulum quemcunque eciam super penthagoneum vel eciam absolute sumendo tres quadratos.

2) Hiermit ist die 29. Aufgabe des ersten Buches der Jordanus'schen Schrift de numeris datis gemeint. Im cod. Dresd. C. 80 heifst diese Aufgabe: Diuidantur 10 in 2 et per vtrumque diuidantur 40 et exeant 25 (Bl. 318).

equales 10 𝓇. Medietur 𝓇, et erit medietas 5, quam duco in se, fiunt 25, a quibus subtraham ø, id est 24, et manet 1, cuius ℞ est similiter 1, quam de medietate 𝓇 tollam, id est de 5, et manebunt 4, valor rei. Erit minor porcio 4, quare maior erit 6. Diuido igitur 36 per 4, et manent in quociente 9. Diuiditur eciam 36 per maiorem numerum, scilicet 6, et manent in quociente 6, quos duos quocientes coniungam, et erit coniunctum 15, et quod voluimus in proposicione.

Casus. Diuidatur 10 in duas partes sic, quod minor multiplicata in totum, id est 10, faciet tantum, quantum maior porcio in se. Dico, quod minor sit 1 𝓇, quare maior pars necessario erit 10 — 1 𝓇. Duco igitur partem minorem in totum, id est multiplico 1 𝓇 per 10, et producitur 10 𝓇; post hoc multiplico maiorem partem in se, scilicet 10 — 1 𝓇, et producuntur 100 ø (+) 1 ʒ — 20 𝓇, que sunt equales 10 𝓇 prius inuentis. Supplebo igitur defectum pro utraque parte equando id est addendo cuilibet quantitati per delecionem de 1 parte 20 𝓇 et alteri per apposicionem signi auctiui, et sic 100 ø + 1 ʒ adequantur 30 𝓇. Et cum peruentum sit ad quintam regulam, tunc diuida(n)tur numerus et 𝓇 per ʒ. Sed quia 1 tantum est ʒ, remanent ut sunt. Mediabo 𝓇, scilicet 30, et erit medietas 15, que multiplico in se, producuntur 225, a quibus subtraho ø, scilicet 100, et manebunt 125, quorum ℞ est radix de 125, subtraho igitur . 125 de medietate 𝓇, id est de 15, manebunt 15 ø — . 125, valor 𝓇.

Probacio huius est: multiplico valorem 𝓇, scilicet 15 — . 125, per totum et (!) per 10 et ueniunt 150 — . 12500, et cum minor porcio fuit 15 — . 125, subtraho ipsam a toto, et remanet maior porcio, scilicet . 125 — 5, hec duco in se, + producuntur similiter 150 — . 12500, quod est equale producto facto ex multiplicacione minoris porcionis in totum, quod fuit propositum.

Bl. 358. | Casus. Quadratum, qui cum 10 sibi additis 10 suas radices valet, perscrutari. Fac sic. Pono, quod eius radix sit 1 𝓇, hanc (℞) duco in se, et prouenit 1 ʒ siue quadratus 𝓇, huic addo 10, hoc totum ex ypothesi est equale 10 𝓇 siue (10) ℞. Cum ergo 𝓇 sit equalis ø et ʒ, ex vigore (!) quinte regule diuidam ø + 𝓇 per ʒ, manent quales sunt, mediabo 𝓇, et prouenit 5, que ducendo in se proueniunt 25, a quibus subtraho ø, remanet 15, horum radicem demam a medietate 𝓇, et quod remanserit, ostendit valorem 𝓇. Quia vero 15 caret ℞ in ø (racionalibus), dico, quod quantitas quesita siue 𝓇 est 5 — . . 15 (!), et tanta est radix quadrati quesiti, quod facile ostenditur. Duco hanc ℞ in se, et proueniunt 25 — . . 1500 (!). Nunc ulterius multiplicabo radicem quadrati per 10, et proueniunt 50 — . . 1500 (!), quod est equale quadrato, additis 10, quod fuit propositum.

Casus. Diuidantur 10 in duas partes inequales ita, quod, 1 multiplicata per aliam, prouenient 5 ø. Fac sic. Pono, quod minor pars sit 1 𝓇, erit ergo maior pars 10 ø — 1 𝓇. Multiplicando 10 ø minus 1 𝓇 per 1 𝓇 proueniunt 10 𝓇 — 1 ʒ, hoc ex ypothesi est equale 5 ø. Addam vtrobiqe 1 ʒ, et erunt ex vna parte 10 𝓇 et ex alia parte 5 ø + 1 ʒ. Modo quia 𝓇 est equalis ø et ʒ, iuxta hanc quintam regulam diuidam omnia per ʒ, et remanebunt ut prius. Mediabo 𝓇, et remanent 5, duco medietatem in se, et proueniunt 25, et a producto subtraho numerum, et remanent 20, horum radicem subtraham a medietate 𝓇, et remanent 5 — . 20, et hoc est valor 𝓇 siue pars minor quesita. Partem autem maiorem sic inuenio. Pono, quod ipsa sit 1 𝓇, et facio totum opus ut prius, quousque ø sit a producto medietatis 𝓇 subtrahendus; quo facto, remanebunt 20, horum . debeo a medietate 𝓇 subtrahere. Sed quia hec non potest fieri subtractio, addam . subtrahendam a medietate 𝓇 ad medietatem 𝓇, et erit aggregatum 5 et . 20, et tantus est valor 𝓇 siue pars maior. Vtraque ergo pars inuenta est. Quod si vnam per aliam multiplico, proueniunt 5, quod fuit propositum.

. 358'. | Casus. Sint duo socij A (et) B volentes facere permutacionem mercium. A habet aurum, B sericum. B dat 1 ℔ pro 9 fl in prompta pecunia, in permutacione vero pro 12 fl et habere cupit $\frac{1}{4}$ in prompta pecunia; primus autem 1 mark pro 10 fl. Queritur, quomodo in permutacione aurum dare debet, ut $\frac{1}{4}$ alteri det in permutacione (!), et quod permutacio sit equalis. Fac sic. Pono, quod primus det aurum pro 1 𝓇, subtrahe $\frac{1}{4}$ 𝓇 de 1 𝓇. Fac cum regula ternaria sic: 9 fl — $\frac{1}{4}$ 𝓇 pro 12 fl — $\frac{1}{4}$ 𝓇, quomodo 10 fl? Multiplicetur 10 per 12 — $\frac{1}{4}$ 𝓇, facit 120 — $\frac{5}{2}$ 𝓇, quod diuide in diuisorem, quod mediare (!) non potest, quoniam 𝓇 in diuisore continetur. Propterea multiplicetur diuisor per 1 𝓇, quoniam 1 𝓇 ex diuisione prouenire debet, hoc est 9 — $\frac{1}{4}$ 𝓇, proueniunt 9 𝓇 — $\frac{1}{4}$ ʒ, et hoc equatur 120 ø — $\frac{5}{2}$ 𝓇, quod equa, remanent in parte 1 $\frac{23}{2}$ 𝓇, in altera parte 120 ø + $\frac{1}{4}$ ʒ. Nunc operare secundum regulam. Omnia diuide per ʒ, id est $\frac{1}{4}$ ʒ, facit 480 ø (et) 46 𝓇. Media 𝓇, facit 23, quod in se multiplica, facit 529, a quo subtrahe ø, remanent 49,

℞ est 7, quam subtrahe a medietate ꝛ, id est 23, remanent 16, et sic pro 16 fl dabit aurum.[1])

Casus. Diuidantur 10 in duo et ex eo, quod fit ex vno in reliquum ducto et per differenciam diuiso, exeant 12. Si(t) pars prima diuidencium 1 ꝛ et reliqua 10 — 1 ꝛ, differencia 10 — 2 ꝛ. Multiplica 1 ꝛ in 10 — 1 ꝛ, facit 10 ꝛ — 1 ȝ, hoc diuide per 10 — 2 ꝛ et factum est. Ex quo illud valet duodecim. Tunc duodecim multiplica in denominatorem, facit $\frac{10ꝛ - 1ȝ}{120 - 24ꝛ}$. Equa, sit in parte 1 34 ꝛ, in alia 120 ø + 1 ȝ. Fac secundum regulam. Media ꝛ, facit 17, multiplica (17) in se, facit 289, subtrahe ø, scilicet 120, restant 169, et . illius facit 13, hoc minue a medietate ꝛ, facit 4, pars vna, reliqua 6, differencia 2, et hoc fuit propositum.

Casus. Diuidantur 10 in duo vnumque per duo, alt(e)rum per 4 diuidatur, et eorum, que exierint, vnum ductum in reliquum facit duo. Fac sic. Sit prima pars 1 ꝛ, reliqua 10 — 1 ꝛ. Diuidatur prima pars per 2 ut sic $\frac{1ꝛ}{2}$, reliqua per 4, (facit $\frac{10 - 1ꝛ}{4}$), et multiplicentur simul, facit $\frac{10ꝛ - 1ȝ}{8}$, hoc equatur duobus. Multiplicetur (2) in denominatorem, facit 16. Equa, erit 16 ø + 1 ȝ equalis 10 ꝛ. Fac nunc secundum regulam quintam. Omnia per ȝ diuide, et manebunt ut sunt, 1(0) ꝛ (debent) mediari, medietas in se duci, a producto in se ducto(!) ø, scilicet 16, subtrahi, ℞ residui a medietate tolli vel sibi addi, et prouenit, quod queritur.

Casus. A habet 100 vlnas panni, B similiter 100, et A semper 5 vlnas dat pro 1 fl vltra B, id est in quinto (!) plus quam B, et ambo mercantur 20 fl. Queritur, quot quisque vlnas dat pro 1 fl. Fac sic. Pono, (quod) A dat 1 ꝛ vlnarum pro 1 fl. Dic: B dabit 1 ꝛ vlnarum — 5 pro 1 fl. Nunc vide per regulam ternariam, quot quisque mercetur. Sic 1 ꝛ vlnarum pro 1 fl, quomodo 100 vlne? facit $\frac{100}{1ꝛ}$. Vlterius dic: 1 ꝛ vlnarum — 5 pro 1 fl, qualiter 100 vlne? facit $\frac{100}{1ꝛ - 5}$. Que insimul adde sicut fit in minuciis et additis (!), facit $\frac{200ꝛ - 500ø}{1ȝ - 5ꝛ}$, et hoc equatur 20 fl. Multiplicetur igitur 20 in denominatorem, postea equalis erit numeratori, facit $\frac{200ꝛ - 500ø}{20ȝ - 100ø}$ (!), que equa dando per delacionem — (!) 100 ꝛ utrisque, et subtrahe ab utroque — 500 ø, et prouenit ex vna parte 300 ꝛ, ex altera 20 ȝ — 500 ø (!). Postea secundum regulam diuide omnia per 20 ȝ, et prouenit, quod 1 ȝ et 25 ø ex altera parte equantur 15 ꝛ. Media ꝛ, proueniunt $\frac{15}{2}$, multiplicetur in se medietas, | prouenient $\frac{225}{4}$, a quo ø, scilicet 25, subtrahe, remanent $\frac{125}{4}$, (horum) ℞ est surda, ob id a medietate ꝛ, scilicet $\frac{15}{2}$, subtrahe hanc surdam . , et proueniunt $\frac{15}{2}$ — . . $\frac{125}{4}$ (!), et hoc esse non potest, propterea eandem adde, facit $\frac{15}{2}$ + (.) $\frac{125}{4}$, quod fuit propositum. Bl. 35

Probacio. Primus dat $\frac{15}{2}$ + . . $\frac{125}{4}$ pro 1 fl, B tottidem (!) — 5 eiusdem rei, id est — $\frac{5}{2}$ et $\frac{25}{4}$. Quoniam subtrahere a $\frac{15}{2}$ $\frac{5}{2}$, restant $\frac{10}{2}$ et eciam : . . $\frac{125}{4}$ . 5, oportet ergo 5 quadrare, itidem erunt 25, que subtraho, restant $\frac{10}{2}$, et dat B pro 1 fl, et addo ad A, et erunt $\frac{25}{4}$ + . . de $\frac{225}{4}$, hoc est $\frac{15}{2}$, que addo ad $\frac{25}{2}$, proueniunt $\frac{40}{2}$, hoc est 20 fl.[2])

Casus. 10 diuidantur in 2 partes sic, quod maior(e) pars (!) diuisa per minorem et minor(e) per maiorem, quocientibus ad invicem collectis vel coniunctis, proueniunt 4 et $\frac{1}{4}$, id est $\frac{17}{4}$. Sit ergo minor 1 ꝛ, quare maior necessario erit 10 — 1 ꝛ. Diuido igitur maiorem per minorem, et stabunt figure sic $\frac{10 - 1ꝛ}{4ꝛ}$, et minorem per maiorem, et stabunt figure sic $\frac{1ꝛ}{10 - 1ꝛ}$. Hos autem quocientes in vnum coniungo modo minuciarum, et stabunt figure sic $\frac{2ȝ - 20ꝛ\,(+100)}{10ꝛ - 1ȝ}$, hoc erit equale $\frac{17}{4}$. Multiplico igitur cruciformiter, et erit vnaqueque pars producta ex multiplicacione alteri equalis, et stabunt figure sic $\frac{8ȝ\,(+)\,400ø - 80ꝛ}{17(0)ꝛ - 17ȝ}$. Cum itaque hec ad invicem adequantur, suppleatur tunc

1) Die Auflösung ist verworren und falsch. Setzt man das Gold „am stich" gleich x, so gilt die Proportion: $6:9 = 10:x$. Hieraus findet man $x = 15$. Für 15 fl wird also der erstere das Gold „am stich" geben.

2) Die Probe ist nicht richtig und sehr unbeholfen. Nach unserer heutigen Darstellung würde sie kurz heifsen: A giebt für 1 fl $\frac{15}{2} + \sqrt{\frac{125}{4}}$, folglich B $\frac{5}{2} + \sqrt{\frac{125}{4}}$ Ellen. A löst $30 - 10\sqrt{5}$, B $10\sqrt{5} - 10$ fl. A und B lösen 20 fl.

defectus pro utraque parte. Addo igitur superiori 80 𝓇 per delacionem (!), et tantum alteri parti, inferiori tantum addo, scilicet ipsis 170 𝓇, et producuntur 250 𝓇. Sed pro inferiori parte addo 17 ʒ per delacionem signi negatiui (!), et tantum addo ad ipsos 8 ʒ, et proueniunt 25 ʒ. Iam peruentum est ad regulam quintam algabre. Diuidatur ergo 𝓇 per ʒ, et quia sunt 25 ʒ, diuido igitur per ipsos 250 𝓇, + manebunt 10 𝓇. Similiter diuido per ʒ 400 ø, et manebunt 16 ø. Et cum (25) ʒ per 25 diuiditur, manet 1 (ʒ). Erit itaque 1 ʒ et 16 ø equales 10 𝓇. Igitur iuxta quintam algabre volo 𝓇 mediare, medietatem in se ducere, et producuntur 25, a producto ø, scilicet 16, subtraho, et manent 9, cuius ℞ est 3, quam tollo de medietate 𝓇, scilicet de 5, et manent 2, valor rei vel 𝓇. Cum res vel 𝓇 vel minor pars est 2, erit maior necessario 8. Diuido 8 per 2, uidelicet maiorem per minorem, et erit in quociente 4. Diuido eciam minorem, scilicet 2, per maiorem, scilicet 8, et erunt in quociente $\frac{2}{8}$ seu $\frac{1}{4}$, que sunt $4\frac{1}{4}$ seu $\frac{17}{4}$ (!), quod fuit propositum.

Nota quinta regula habet pro ceteris hoc priuilegium, quando radix subtrah(i) non potest, debet ipsa addi.[1])

59'.

| Capitulum sextum.

In quo ʒ equatur ø et rei. Est quod quando ʒ est equalis ø + 𝓇. Tunc ø et res debent per ʒ diuidi, res mediari, medietas in se duci, productum ø addi, ℞ tocius aggregati plus medietate 𝓇 ostendit, quod queritur.

Casus. Inuenire quadratum, qui ex addicione 12 super multiplicacionem sue radicis per 4 procrearetur. Queritur de illo quadrato. Fac sic. Pono, quod quadratus ille sit 1 ʒ et radix eius 1 𝓇. Multiplicetur ℞ eius, scilicet 1 𝓇, per 4, fiunt 4 𝓇, cui addo 12, stabit sic 4 𝓇 + 12 ø equalis 1 ʒ, et iam es in sexta regula. Igitur secundum eam operare. Media 𝓇, erit 2, (2) in se multiplica, fit 4, (4) adde ø, fit 16, cuius ℞ est 4, quibus adde medietatem 𝓇, scilicet 2, facit 6, 𝓇 siue ℞, sed ʒ siue quadratus est 36.

Casus. Sit A duplus, B triplus ad C, et ablatis ab A 2 et a B 3, reliquum in reliquum facit 24. Sit C 1 𝓇, A 2 𝓇, B 3 𝓇. Abstrahe ab A 2 + a B 3, facit 2 𝓇 — 2, in altera parte 3 𝓇 — 3. Ducendo vnum in aliud facit 6 ʒ + 6 ø — 12 𝓇, et hoc ex ypothesi equatur 24. Fac secundum regulam sextam. Omnia per ʒ diuide, proueniunt 3 ø + 2 𝓇. 𝓇 media, prouenit 1, quod in se duc, (facit) iterum 1, productum ø adde, proueniunt 4, ℞ producti, scilicet 2, plus medietate (𝓇), quod est totum 3, ostendit quesitum. Et sic C habet 3, B 9, A, quia habet 2 𝓇, habebit 6, quod fuit propositum.

Casus. Quadratum, qui valeat 10 et 10 suas ℞, investigare. Quero primo ℞ huius quadrati, quam pono esse 1 𝓇, hanc (℞) duco in se, et prouenit 1 ʒ. Multiplicabo radicem quadrati per 10, (facit 10 𝓇). Addendo producto 10 proueniunt 10 𝓇 et 10, qui ex ypothesi sunt equales 1 ʒ siue quadrato. Nunc ergo iuxta sextum capitulum, quia ʒ est equalis 𝓇 et ø, diuidantur 10 𝓇 + 10 ø per 1 ʒ, et manebunt singula ut sunt. Mediabo 𝓇, et proueniunt 5. Que ducendo in se proueniunt 25. Hoc coniungo cum ø, et erit aggregatum 35, huius ℞, licet surda sit, adde ad medietatem 𝓇, et proueniunt 5 — . 35 (!), hoc ultimo aggregatum ostendit valorem 𝓇 siue ℞ quadrati quesiti. Nunc habita radice, ducam illam in se, proueniunt 60 + . . 3500 (!), qui est quadratus quesitus. Item multiplicabo radicem per 10, proueniunt . . 3500 et 50 (!), quibus si addidero 10, erit aggregatum ex 10 ℞ et 10 . . 3500 + 60 (!), que sunt equalia quadrato invento, quod fuit propositum.

Casus. A habet vnum (!) Ꝃ pomorum, hoc sit 240 poma, B totidem, et B (in) duobus plus pro vno ꝸ [dare] debet [quam A], et ambo mercentur 128 ꝸ. Queritur, quod (!) quisque mercetur. Fac sic. Pono, quod A det 1 𝓇 pro 1 ꝸ, sic B necessario dabit 1 𝓇 et 2 pro 1 ꝸ. Nunc partire per regulam terneriam 240 per 1 𝓇 et eciam 240 per 1 𝓇 + 2 secundum regulam ternariam. Postea simul adde, facit $\frac{480\ 𝓇 \text{ et } 480\ ø}{1\ ʒ + 2\ 𝓇}$, et hoc equatur 128 ꝸ. Ob id multiplicetur

---

1) Vor dieser Bemerkung findet man die folgenden Aufgaben:

1. Sint tres linee, quarum prima habeat 16, alia 20, tercia 24, et ex ipsis debet circumscribi quadratus (!). In qua parte quelibet linea habet frangi?

2. Dominus habens (!) sub 4 rusticis, quorum vnus est pauper. Alij habent pecunias continua quaternarij progressione (!) et omnes tres simul 60 marcas. Queritur, quantum quilibet habeat dare mendico siue pauperi ex suis bonis iuxta mandatum domini etc.

128 in denominatorem, facit $\frac{480\,\varphi + 480\,ø}{128\,\mathfrak{z} + 256\,\varphi}$, que equa, et omnia diuide per ʒ, scilicet per virgulam interiectam, et reduc fractionem ad' minorem fractionem per hoc, quod tam denominator quam numerator diuidatur per aliquem vnum ø, et sic erit 1 ʒ equalis $\frac{7}{4}\varphi + \frac{15}{4}ø$. Media φ, facit $\frac{7}{8}$, $(\frac{7}{8})$ multiplicetur in se, facit $\frac{49}{64}$. Nunc adde ø, hoc est $\frac{15}{4}$, facit $\frac{289}{4}$, ℞ quadrata eius est $\frac{17}{8}$, ad quam adde medietatem φ, hoc est $\frac{7}{8}$, erunt $\frac{24}{8}$, hoc est 3. Et sic A dabit 3 poma pro 1 ₰, B 5, quod est 2 plus, (et A mercatur 80 ₰, B 48 ₰), quod fuit propositum.

| Casus. A habet 100 vlnas, B eciam 100, et A semper 5 vlnas plus dabit pro vno fl quam B, et ambo mercantur 30 fl. Queritur etc. Fac sic. Pono, quod B det suarum vlnarum 1 φ pro vno fl, sic necessario A dabit 1 φ + 5 pro 1 fl etc. Operare per regulam sextam. B dabit 5 vlnas pro 1 fl, A vero 10 pro 1 fl, que in quinque B excedunt, sic quod similiter fuit propositum. Bl. 3

Hijs itaque exemplis alia infinita hijsque similia poteris diligenti studio fabricare. Hec ergo 6 capitula principalia. Qualiter hijs terminis ø, φ, ʒ clarescant, iamiam patefecimus. Regule ergo principales algabre sic foeliciter expliciunt.

Nota omnia, que practicantur per φ, possunt eciam sine φ practicari et inueniri, licet difficulter et multis medijs et conclusionibus, et sic antequam apporismata (!) algabre fuerunt inuenta, singula per numeros inquirenda sine algabra querebantur. Sed φ est ita generalis, quod extendit se ad omnes conclusiones in arithmetica et geometria, que possunt per eam ostendi, et eciam ad illa, de quibus non habemus conclusiones neque per arithmeticam vel geometriam prouisum est. Item ij modo possunt infinite conclusiones seu regule vel proposiciones per φ formari.

Apporisma (!) conuersum.

Hoc apporisma (!) inuenit Ysac, filius Salomonis, ut dicitur in geometria, et est aporisma conuersum a ø finaliter emergente per continua media et opposita species algoritthicas (!) vsque ad eum, de quo fit investigacio retrocedens ca(l)culatio vel computacio.[1]) Exempli gracia. Vt si queritur, quis est numerus, cui si coniungitur 6, et aggregatum multiplicetur per 4, et quod exinde producitur, cum mediatum fuerit, constituat 60. Inscipio computare a numero finali, scilicet 60, et hunc duplo, quia ipse processit mediacio(ne) in proposicione, post hoc, quod prouenit, diuidatur per 4, quia propositum est, quod per 4 debet multiplicari, et a quociente subtrahatur 6, quia propositum fuit addere 6 in proposicione, et patet, quod ille numerus est 24, quod est mentj (!) tenendum, quia, ut dici solet, aurium (!) appellatur apporisma (!).

| Capitulum septimum. Bl. 8

In quo ce assimilatur ʒ. Tunc ʒ per ce diuidatur, et quociens ostendit valorem rei.

Casus. Quis est ce valens suos (!) 4 quadratos. Dico, quod ille ce est vnus ce valens 4 censuus (!). Et cum vnus ce equatur 4 ʒ, procedam igitur secundum algebram iuxta septimum aporisma diuidendo ʒ per ce, et quociens ostendit valorem rei, videlicet 4, quod est latus quadrati. Et cum latus quadrati notum sit, videlicet 4, multiplica 4 in se, et venit valor ʒ, scilicet 16, et quia dixi ce equalem (esse) 4 ʒ, multiplicabo 4 ʒ (!) per 4, et 64 venient equales 1 ce, videlicet 64. Quod aut(em) valor ce sit 64, patet ex eo. Quia cum latus quadrati multiplicetur in se et illud, quod prouenit. iterum in latus quadrati facit 64, quare veritas huius lucide declaratur.

Capitulum octauum.

In quo ce assimilatur φ. φ per ce diuidatur, quocientis ℞ quadrata est valor rei.

Casus. Quedam figura tasserina continens nonies suum latus. Queritur, que est quantitas ipsius tasseris. Dico, quod figura tasserina est vnus cubus, quare suum latus est 1 φ, id est sua ℞ cubica. Et quia dictum est, quod figura tasserina debet continere nonies suum latus, et cum eius latus sit 1 φ, multiplicabo ipsam per 9, et proueniunt 9 φ equales 1 ce seu figure tasserine. Quare iuxta processum octaui apporismatis (!) diuidam φ per ce, fiunt 9, cuius radix quadrata est valor φ, videlicet 3, que si multiplicantur per 9, venit 27, videlicet valor ce, que est quantitas ipsius tasseris.

---

1) In der indischen Arithmetik des Brahmagupta und Bhaskara, von Colebrooke aus dem Sanskrit ins Englische übersetzt, ist diese Art von Auflösung so ausgedrückt: Make the divisor a multiplicator and the multiplier a divisor; the square a root and the root a square; turn the negative into positive and the positive into negative (S. 21).

Bl. 361.

### | Capitulum nonum.

In quo ce assimilatur ø. Tunc ø per ce committatur, ℞ cubica quocientis est valor rei.

Casus. Sunt enim quatuor tasseres equales, quorum quantitates simul collecte faciunt 108. Queritur, que est quantitas longitudinis vnius tasseris secundum vnum eius latus. Dico, quod 4 tasseres faciunt 4 ce, qui equantur 108 ø. Procedatur ergo secundum nonum apporisma (!), videlicet diuidendo ø per ce, et prouenit quantitas vnius ce seu vnius tasseris, cuius ℞ cubica est quantitas longitudinis vnius tasseris, videlicet tria, quod fuit propositum.

### Capitulum decimum.

In quo 𝓇 assimilatur ʒ et ce. Tunc vnumquotque per ce diuidatur, ʒ medietur ut supra.

Casus. Quis est quadratus, qui cum suo (!) ce facit 6 latera quadrati. Dico, quod ille quadratus sit vnus ʒ, qui cum adiunctione ce facit 1 ce + 1 ʒ, que equantur 6 lateribus, id est sex 𝓇 quadrati (!). Fiat ergo processus iuxta decimum apporisma (!), videlicet diuidendo ʒ et 𝓇 per ce, et manent ut sunt. Post hoc mediabo ʒ, et remanet $\frac{1}{2}$, que ducatur in se, et fit $\frac{1}{4}$, quam addam ad 𝓇, et prouenient $\frac{25}{4}$, quarum ℞ est $\frac{5}{2}$, a quibus subtraham medietatem ʒ, et manent 4 2$^e$ equales 2 integris, videlicet valor 𝓇, id est vnius lateris. Cum ergo 1 latus sit 2, erunt 6 latera 12, et quia 1 latus valet 2, valet 1 quadratus 4 et 1 ce octo, et sic quadratus cum ce similiter valet 12, quod est equale 6 lateribus, id est 6 𝓇, quod fuit propositum.

Bl. 361'.

### | Capitulum vndecimum.

In quo ʒ assimilatur 𝓇 et ce. Vnumquotque per ce committatur, ʒ medietur, medietas in se ducatur ut supra patuit.

Casus. Est quoddam corpus ce, quod cum octo lateribus quadrati eius (!) valet 6 quadratos. Queritur, que est quantitas lateris quadrati, et que sit quantitas vniuscuiusque per se. Dico, quod corpus ce sit vnus ce, cui ce iungam 8 latera quadrati, id est 8 𝓇, et facit aggregatum 1 ce + 8 𝓇 equales 6 quadratis, id est 6 ʒ. Procedatur ergo iuxta preceptum 11 apporismatis (!), videlicet diuidendo ʒ et 𝓇 per ce, et manent ut sunt. Post hoc medietur ʒ, et medietas in se ducatur, et a producto 𝓇 subtrahatur, ℞ residui de medietate ʒ dematur, et exit valor rei seu lateris vnius, scilicet duo, que si multiplicantur per 8, faciunt 16, et dum (!) hic ø aggregatur cum vno ce. Cum ce valet 8, ex quo ℞ cubica valet 2, igitur valor ce, id est 8, cum 8 lateribus, id est 16, facit 24, quem ø similiter constituunt 6 ʒ seu sex quadrata (!). Ex quo ℞ quadrati est 2, quare ʒ vnus est 4 et 6 ʒ 24, que sunt idem cum 24 prioribus.

### Capitulum 12.

In quo ce assimilatur 𝓇 et ʒ. Singula per ce committantur, ʒ medietur, medietas in se ducatur ut patuit.

Casus. Ego coniunxi 2 quadrata (!) cum 4 suis lateribus, et proueniebant 2 ce. Queritur, que est quantitas vnius lateris. Pono, quod 2 quadrata (!) sint 2 ʒ, cum quibus coniungo 4 𝓇, et erit aggregatum 2 ʒ + 4 𝓇, que equantur 2 ce iuxta ypothesim. Procedatur ergo secundum 12 apporisma (!) omnia diuidendo per ce ceteraque operando iuxta regulam, et tandem venit valor 𝓇 2, videlicet latus quadrati, et secundum hunc modum 2 ʒ valent 8, similiter 4 𝓇 eciam 8, que coniuncta etc.

Bl. 362.

### | Tredecimum capitulum.

In quo ʒ de ʒ assimilatur ce. Tunc ce per ʒ de ʒ committatur, et quociens ostendit valorem rei.

Casus. Ego multiplicaui duo latera quadrati per 2 ce, et venerunt 4 ʒ de ʒ equales 8 ce. Queritur de quantitate lateris quadrati. Dico, quod 2 latera quadrati sunt 2 𝓇, que multiplicabo per 2 ce, et veniunt 4 ʒ de ʒ equales 8 ce ex ypothesi. Quare iuxta 13 apporisma (!) valor rei seu quantitas lateris quadrati erit duo. Si ergo latus vnum valet 2, conuenit, quod duo latera valent 4, et cum latus valet 2, valet ʒ 4 et ce 8, et cum 1 ce valet 8, duo valent 16, que si multiplicantur per 2 latera, id est 4, producuntur 64, quibus equiualent 8 ce. Cum dictum sit, 1 ce valet 8, quare 8 ce valent 64, quod est propositum.

### Capitulum 14.

In quo ʒ de ʒ assimilatur ʒ. Tunc ʒ per ʒ de ʒ committatur, radix quadrata quocientis est valor rei.

Casus. Ego multiplicaui 2 latera quadrati in 2 ce, et proueniebant 4 ʒ de ʒ equales 16 ʒ. Queritur de quantitate lateris quadrati. Dico, quod 2 latera quadrati sunt 2 𝓇, que multiplicem

per 2 ce, et producuntur 4 ʒ de ʒ equales 16 ʒ ex ypothesi. Fiet igitur processus iuxta illud apporisma (!), et venit valor ꝛφ, id est quantitas lateris, 2, cuius ce est 8, et sic 2 latera quadrati valent 4 et 2 ce 16. Cum igitur 4 ducuntur in 16, fit 64, valor 16 quadratorum seu ʒ, qui similiter cum multiplicentur per 1 quadratum, id est per 1 ʒ, id est per 4, producunt similiter 64 (!), et hoc est intencio nostra.

### | Decimum quintum capitulum. Bl. 36

In quo ʒ de ʒ assimilatur ꝛφ. Tunc ꝛφ per ʒ de ʒ committatur, ꝛf cubica quocientis est valor rei.

Casus. Ego multiplicaui 8 latera quadrati in 1 ce, et venerunt 3 ʒ de ʒ equales 64 lateribus quadrati. Dico, quod 8 latera quadrati sunt 8 ꝛφ, que ducam in 1 ce, et proueniunt 8 ʒ de ʒ ex ypothesi equales 64 ꝛφ, id est 64 lateribus quadrati. Erit igitur iuxta 15 apporisma (!) valor ꝛφ 2, quare quadratus 4 et ce 8 et ʒ de ʒ 16. Quare iuxta noticiam illarum quantitatum omnia patunt(!)

### Decimum sextum aporisma.

In quo ʒ assimilatur ce et ʒ de ʒ. Tunc vnumquotque per ʒ de ʒ committatur, ce medietur, medietas in se ducatur, productum ʒ addatur ut supra patuit.

Casus. Ego addidi 1 ce cum 1 ʒ de ʒ, et proueniebant 6 ʒ. Queritur de valore lateris quadrati, id est 1 ʒ. Dico, quod ce sit 1 ce, cui coniungam 1 ʒ de ʒ, et fit 1 ce + 1 ʒ de ʒ, hoc ex ypothesi equatur 6 ʒ. Quare iuxta preceptum 16 apporismatis (!) valor rei erit duo, quare ʒ erit 4 et ce 8. Cum ergo addo 1 ce cum 1 ʒ de ʒ, fit 24, et tantum similiter valent 6 ʒ, quod patet, si 4, id est ʒ, multiplico per 6, fit 24 equale prius inuento, quod fuit probandum.

### | Decimum septimum. Bl. 36

In quo ce assimilatur ʒ + ʒʒ. Tunc vnumquotque per ʒʒ committatur, ce medietur, medietas in se ducatur (etc).

Casus. Ego mediaui 2 ʒʒ et 4 ʒ, et quod remansit, fuit equale tribus ce. Queritur, que est quantitas lateris quadrati seu valor ꝛφ. Dico, quod 2 ʒʒ et 4 ʒ cum medientur, manent 1 ʒʒ et 2 ʒ equales tribus ce. Quare uuxta preceptum huius aporismatis valor lateris quadrati est 1, quod sic ostenditur. Nam si latus quadrati est vnum, erit vnus ʒ similiter 1 et vnus ce eciam 1 et 1 ʒʒ conformiter vnum. Et quia 1 ʒʒ et 2 ʒ inuenti sunt equales tribus ce, + cum 1 ʒ sit 1, erunt 2 ʒ 2, et cum 1 ʒʒ similiter est vnum, erit hec vnitas cum duabus prioribus 3. Similiter cum ex alia parte sunt valebunt 2 igitur illa 3 (!). Modo 3 et 3 equantur, quod est illud, cuius voluimus declaracionem.

### Decimum octauum.

In quo ʒʒ assimilatur ce et ʒ. Singula per ʒʒ committantur, ce medietur, medietas in se ducatur ut patuit.

Casus. Ego coniunxi 4 ce et 4 ʒ, et proneniebant 3 ʒʒ. Queritur de valore lateris siue ꝛf quadrati. Dico, quod 4 ce sunt 4 ce, quibus coniungo 4 ʒ, et proueniunt 4 ce + 4 ʒ equales tribus ʒʒ. Quare iuxta huius aporismatis preceptum valor rei erit $\frac{\cdot 48}{\cdot 27} + \frac{2}{3}$ (!). Quadrabo igitur valorem rei, cum valor inventus sit in surdis, delendo punctum, et fiunt $\frac{48}{27}$. Quadrabo eciam $\frac{2}{3}$, et fiunt $\frac{4}{9}$, que multiplicem cruciformiter cum $\frac{48}{27}$, et exibunt $\frac{432}{108}$ equales 1 ʒ, et valent 4 integra.[1]) Cum ergo ʒ valet 4 integra, erit eius radix vel valor ꝛφ 2 integra, et hoc est valor lateris siue ꝛf quadrati ut in exemplo est propositum, quod fuit ostendum.

### | Decimum nonum. Bl. 36

In quo ʒ assimilatur radici de ꝛφ. Tunc ʒ in se ducatur, et a ꝛf de ꝛφ punctus (!) deleatur, et equantur iterum inter se.

Casus. 1 ʒ valet . 8 ꝛφ. Queritur de valore radicis (siue) ꝛφ. Ducatur 1 ʒ in se, et fit 1 ʒʒ. Ducatur eciam ꝛf de 8 ꝛφ in se per delecionem puncti, et fiunt 8 ꝛφ prescise equales 1 ʒʒ. Diuidantur 8 ꝛφ per 1 ʒʒ, et manent 8 ꝛφ ut sunt. Quare ꝛf cubica est 2, valor ꝛf (siue) ꝛφ, quod fuit propositum.

### Vicesimum.

In quo ʒ assimilatur ꝛf de ʒ. Tunc ʒ in se ducatur, et a ꝛf de ʒ punctus (!) deleatur, et aduc equantur.

---

1) Die Vorschrift für die Auffindung des Quadrates von $\sqrt{\frac{48}{27}} + \frac{2}{3}$ giebt nur ganz zufällig das richtige Resultat $\frac{432}{108} = 4$.

Casus. Ego coniunxi 1 quadratum cum 1 quadrato, et proueniebant 2 quadrata equalia (!) lateri de 16 quadratis. Dico, quod ille quadratus, quem debeo coniungere cum alio, est 1 ȝ, et cum fuerit iunctus cum alio quadrato, fiunt 2 ȝ equales ℞ de 16 quadratis, quare ℞ de 16 (quadratis) erit radix de 16 ȝ. Cum ergo equantur 2 ȝ et ℞ de 16 ȝ, quadra vnumquotque, 1 per delecionem puncti et aliud in se multiplicando iuxta operacionem communem, et tunc proueniunt 4 ȝ de ȝ equales 16 ȝ. Et quia sic deuentum est ad 14 aporisma, erit igitur iuxta ipsum valor rei 2.

l. 364. | Vicesimum primum.

In quo ȝȝ assimilatur ø. Tunc ø per ȝȝ committatur, ℞ quadrata radicis quadrati (!) quocientis est valor rei.

Casus. Ego multiplicaui quadratum per quadratum, et venit 1 quadratus de quadrato equalis 16 ø. Queritur, que est quantitas lateris quadrati primo propositi. Dico, quod quadratus ille est 1 ȝ, quem duco in se, fit 1 ȝȝ, et cum 1 ȝȝ hoc erit equale (!) 16 ø, igitur erit iuxta preceptum huius apporismatis (!) valor ꝛ 2, quod sic patet. Nam extraho primo ℞ de 16, et prouenit ℞ 4, cuius ℞ iterum extraho ℞, et inueniuntur 2, valor scilicet lateris quadrati primo propositi, quod fuit propositum.

Vicesimum secundum.

In quo ø assimilatur ȝ et ȝȝ. Singula per ȝȝ diuidantur, ȝ medietur, medietas in se ducatur ut supra.

Casus. Ego addidi 2 quadratos cum 1 quadrato de quadrato, et illud, quod proueniebat, erat equale 24 ø. Queritur de valore lateris quadrati. Dico, quod 2 quadrata (!) sunt 2 ȝ, que coniungam cum 1 quadrato de quadrato, et proueniunt ex aggregato 1 ȝȝ et 2 ȝ equales 24 ø. Procedatur igitur iuxta 22 aporisma diuidendo singula per ȝȝ, + manent ut sunt. Post hoc medio 2 ȝ, et erit medietas 1, quam duco in se, et fit vnum, quam vnitatem addam cum ø, scilicet cum 24, et fit 25, a quibus extraho ℞, et erit 5, a quibus subtraho medietatem ȝ, id est 1, et manent 4, valor ȝ, cuius ℞ est 2, videlicet valor rei scilicet (!) lateris quadrati.

Casus. Ego multiplicaui ℞ de 2 ȝ in se, et quod proueniebat, addidi cum 1 ȝȝ, et aggregatum fuit equale 24 ø. Queritur de quantitate lateris quadrati. Dico, quod . 2 ȝ, cum in se multiplicatur, facit 2 ȝ prescise. Quia dum coniungam (2 ȝ) cum vno ȝȝ, fiunt 2 ȝ + 1 ȝȝ equales 24 ø, fiat igitur ultra processus secundum modum dictum in precedenti aporismate.

364′. | Vicesimum tercium.

In quo ȝ assimilatur ø et ȝȝ. Singula per ȝȝ committantur, ȝ medietur, medietas in se ducatur etc.

Casus. Ego coniunxi 16 ø cum 1 quadrato de quadrato, et quod proueniebat ex aggregato erat equale 8 quadratis. Queritur de valore lateris quadrati. Dico, quod 16 ø cum 1 quadrato de quadrato faciunt 16 ø cum 1 ȝȝ, hec ex ypothesi equalia sunt 8 quadratis, id est 8 ȝ. Erit igitur iuxta preceptum huius aporismatis valor lateris quadrati, id est valor rei, 2, quod sic ostenditur. Diuidam omnia per ȝȝ, et manent ut sunt. Post hoc medio ȝ, et erit medietas 4, que duco in se, et proueniunt 16, a quibus subtraho ø, et manet nihil, (cuius ℞ similiter est nihil), que tollo de medietate ȝ, id est de 4, et manent 4, valor ȝ, cuius ℞ 2 (est) valor ꝛ seu lateris quadrati, quod fuit propositum.

Vicesimum quartum.

In quo ȝȝ assimilatur ø et ȝ. Singula per ȝȝ committantur, ȝ medietur, medietas in se ducatur ut supra.

Casus. Ego addidi 8 ø cum 2 quadratis, et quod proueniebat, erat equale 1 quadrato de quadrato. Queritur de valore lateris quadrati. Dico, quod 8 ø cum 2 quadratis valent 8 ø et 2 ȝ equales 1 ȝȝ, id est 1 quadrato de quadrato. Erit igitur iuxta preceptum vltimi apporismatis (!) valor rei seu lateris quadrati 2, quod sic ostenditur. Diuidam singula per ȝȝ, et manent ut sunt. Post hoc medio ȝ, et erit medietas 1, quam duco in se, et fit similiter 1, que coniungo cum ø, scilicet cum 8, et fit 9, cuius ℞ quadrata (plus medietate ȝ) est valor ȝ seu quadrati, cuius iterum ℞ est valor ȝ (!) siue lateris quadrati et tantum de isto.[1])

---

1) Das, was noch folgt, besteht aus einer Zusammenstellung von bereits Erwähntem und zwei Aufgaben, welche auf lineare Gleichungen führen. Die eine dieser beiden Aufgaben ist: Quidam dominus conuenit cum suo mercenario sub tali pacto ad 25 dies, quod pro quolibet die, cum laboraret, vellet sibi tribuere mercedem quinque alborum, et si per aliquot dies a labore quiesceret, statuit eidem mercenario in penam, quod tociens

